





[illegible]

[illegible]

RECUEIL DE CHARTES ET DOCUMENTS

DE

SAINT-MARTIN-DES-CHAMPS

ARCHIVES DE LA FRANCE MONASTIQUE
VOL. XIII

RECUEIL DE CHARTES ET DOCUMENTS DE SAINT-MARTIN-DES-CHAMPS

MONASTÈRE PARISIEN

PAR

J. DEPOIN

SECRÉTAIRE GÉNÉRAL DE LA SOCIÉTÉ HISTORIQUE DU VEXIN

TOME I

ABBAYE DE LIGUGÉ

CHEVETOGNE, PAR LEIGNON (BELGIQUE)

PARIS

JOUVE ET Cie, ÉDITEURS

15, RUE RACINE, 15

1912

I

Documents concernant l'église primitive de Saint-Martin

1. — *Childebert III, roi des Francs, malgré les prétentions adverses du maire du palais Grimoald II, comte de Parisis, adjuge à l'abbaye de Saint-Denis la totalité des revenus de la foire ou marché de la Saint-Denis* (3 octobre), *foire qui se tenait dans le bourg de Saint-Denis et avait été transférée dans la cité de Paris, entre les églises St-Martin* [des Champs] *et St-Laurent* (1).

(Montmacq [ca. Ribécourt, ar. Compiègne, Oise], 13 décembre 710)

CHIL-DEBER-THIUS, REX FRANCORum, Viris INLusTrebus.

Cum in nostra vel nostrorum procerum presencia, *Mamacas*, in palacio nostro, venientes agentes venerabeli viro Dalfino, abbate de baselica peculiaris patronis nostri sancti Dionisii || ubi preciosus domnus in corpore requiescit, adserebant adversus agentes inlustri viro Grimoaldo, majorem domus nostri, eu qod a longo tempore Chlodovius qondam || avus noster, seu et posthia avunculus noster Childericus, vel domnus et genetur noster Theudericus, eciam et germanus noster Chlodocharius, per eorum precepcionis, illo te || loneu, quicquid de omnes neguciantes aut Saxo-

1. Ce document est la seule pièce diplomatique qui constate l'existence de St-Martin-des-Champs à l'époque mérovingienne. Voir l'*Introduction* au sujet de divers textes dont l'attribution à cette fondation religieuse est contestable ou injustifiée.

nis, vel quascumque libet nacionis, ad ipsa sancta fistivetate domni || Dionisii in integretate concessissent, sic quoque ut nec posthia, nec tunc, pars fisce neque ibydem ab ipso marcado, neque infra pago *Parisiaco,* aut in ipsa *civetate Parisius,* postia || nullus teleneus ad ipsus homenis negociantes de ipsa vice non exigintur nec tollintur, sed hoc pars predicte baselice domni Dionisii in integretate omne tempore habi || rit concessum adque indultum. Unde et talis precepcionis predictorum principum in presente ostendiderunt relegendas. Relictas et percursas ipsas precepcionis, inven || -tum est quod taliter ab ipsis principebus ad ipsa casa Dei in integretate fuit concessum. Postia dicebant quasi agentes ipsius viro Grimoaldo, *majorem do* || *mus nostri,* eciam et *comis de ipso pago Parisiaco,* medietate de ipsa teloneu eisdem tollerent, vel de parte ipsius baselice abstraerent. Ascrebant econtra || agentes ipsius viro Grimoaldo, majorem domus nostri, quase de longo tempore talis consuetudo fuissit, ut medietate exinde casa sancti Dionisii recepe-rit, illa alia || medietate illi comis ad partem fisce nostri. Intendibant econtra agentes sancti Dionisii, quasi hoc Gairinus qondam, loce ipsius *Parisiace comis,* per forcia hunc || consuetudinem ibydem misissit, et aliquando ipsa medietate de ipso telen[eu eis]dem exinde tullissit ; sed ipsi agentes hoc ad palacium resogessissent, et eorum || precepcionis in integretate semper renovassent. Iterum inquisitum est per plures personas, eciam et per ipsas precepciones, qod antedicte princepis ibydem in primordio et || in posterum, in integretati concesserunt vel adfirmaverunt. Syc asenciente ipso viro Grimoaldo, majorem domus nostri, eciam et alii pluris nostri fidelis visi fuerunt || decrevissi vel judecasse, ut agentes ipsius viro Grimoaldo, pro partem fisce nostri, eusdem exinde per vuadio de ipso teleneu in integretate revestire debirent ; qod ita et fice || runt. Sed, dum ac causa taliter acta vel definita seu inquisita vel judecata, in quantum inluster vir Sigofredus, *comis palate nostre,* testemoniavit, fuissi || denusceter, jobbimus ut omne tempore pars predicte *monastiriae Sancti Dionisii,* ubi ipse preciosus domnus in corpore requiescit, et Dalfinus, abba, vel successoris sui, || ipso teleneu in integretati de ipsa fistivetate Sancti Dionisii, tam qod ibi-

dem super terras ipsius baselice resedire vedintur, quam et postia ipsa vice ad *Parisius* || omne tempore, inspecta eorum anteriores precepcionis, habiant evindecatum adque elid[iatum]. Et quatenus, antehactis temporebus, clade intercedente, de ipso || *vigo sancti Dionisii* ipse marcadus fuit emutatus, et ad *Parisius civetate*, inter *sancti Martini* et *sancti Laurente baselicis*, ipse marcadus fuit factus, et inde precepcionis || predictorum principum acceperunt, ut in ipso loco aut ubyque ad ipsa fistivetate resedibant ad eorum negucia vel conmercia exercienda, ipso teleneu pars pre || dicte baselice domni Dionisii in integretate receperit : et se evenit, aut pro clade aut per quacumquelibit delacione interventa, exinde aliuby fuerit ipsi marca || tus emutatus, predictus teleneus in integretate ad ipsa casa Dei, presentis temporebus et futuris, in lumenarebus ipsius sancti Dionisii, pro reverencia ipsius sancti loce, permaniat concessus adque indultus : et sit tam inter parte fisce nostri, quam et inter agentes sancti Dionisii, omnis lis et altergacio subita (*a*) (*Signa*).

(*Chrismon*). ACTULIUS jussus recognovit (*Signum recognitionis. Notæ*).

Locus Sigilli BENE (*Signum*).
VALETE (*Signum*).

Datum qod ficit minsus december, dius XIII, anno XVI rigni nostri, Mamaccas feliciter.

Au revers, mention contemporaine : « † Hic sunt carctas de illo thel[enio] de illo mercatho (*Notæ* :) *tempore* Hildeberto rege. »

Original parchemin, 0m737 × 0m418. Archives Nationales K 3, n° 15. Ed. fac-sim. Letronne, *Diplomata et chartæ merovingicæ ætatis*, 1866, in-fol., (Série I) pl. XXXVII. — *Les diplômes originaux des Mérovingiens*, fac-similés phototypiques avec notices et transcriptions, publiés par Ph. Lauer et Ch. Samaran, Paris, Leroux, 1908, in-fol., pl. 31 ; texte, p. 22.

(*a*) *Corr.* sublata.

2. — *L'Église Saint-Martin possède, dans la cité de Paris, des terrains limitrophes de ceux appartenant à St-Maur-des-Fossés et voisins de ceux de St-Merri et de St-Germain-des-Prés* (866-888).

Noticia de areis *Sancti Petri Fossatensis* monasterii que sunt in *Parisius civitate* (2).

. . . .

(xxx) Item area quam tenet Tetaldus habet in longum pedes cc, in uno fronte pedes xxx, de alio fronte pedes xx, de uno latus *terra Sancti Martini,* de alio latus terra Sancti Germani, in uno fronte terra sancti Georgii, in alio fronte via publica : debet denarios IIII cum [eulogiis].

(xxxi) Area quam tenet Othelmus habet in longum pedes CLXXXV, de uno fronte pedes LIII, de alio fronte pedes LVIIII, de uno latere *terra Sancti Martini,* de alio latere terra Sancti Mederici, de uno fronte terra Sancti Germani, de alio fronte via publica : debet solidos I cum...

(xxxii) Item area quam tenet Tetaldus habet in longum pedes CLXXXV, de uno fronte pedes xxv, de alio fronte similiter, de uno latere terra Sancti Germani, de alio latere terra Sancti Mederici, de uno fronte *terra Sancti Martini* : debet denarios IIII cum...

(xxxiii) Area quam tenet Bertismus habet in longum pedes CXXXV, de uno fronte pedes xv, alio fronte pedes xx, de ambobus lateribus

---

2. Dans le même manuscrit, fol. 406 et 407, se trouve la suite de ce polyptyque partiel. Il énumère les « mansi carroperarii » possédés par l'abbaye « in Varenna, in Novigento, in Tortiaco, in Buxido, in Ferrarias, in Sauegias, in Derentiaco, in Mairiaco, in Floriaco, in Turgiaco, in Belsa, in Monte Hayrici, in Equa, in Fabarias ». Parmi ces propriétés, se trouve celle de Fleury, donnée en 866. Le recensement des maisons et des habitants, indiquant une population nombreuse (121 hommes à La Varenne, 71 à Torcy, 50 à Ferrières-en-Brie, etc.), donne l'impression que les invasions normandes n'ont pas encore pris le caractère continu et dévastateur qu'elles eurent dans cette région à partir de 885. C'est ce qui nous persuade d'en placer la rédaction entre 866 et 888, date de la prise et de la ruine de Meaux par les Normands.

terra Sancti Martini, de uno fronte terra Sancti Germani, de alio fronte via publica : debet denarios IIII cum...

(XXXIV) Area quam tenet Authadus habet in longum pedes CC, de uno fronte pedes LXX, de alio fronte pedes LXXXV, de ambobus lateribus *terra Sancti Martini*, de uno fronte *terra Sancti Martini*, de alio fronte via publica : debet denarios XX cum [eulogiis].

Sunt in summa solidi XXXVI et denarii XI.

A. Copie du IXe-Xe siècle, B. N. ms. latin 3, fol. A. — *a*. Lebeuf, *Dissertations*, t. II, p. XCIII. — *b*. Bordier, *Églises et monastères de Paris*, p. 45. — *c*. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, t. I, p. 72, n° 54.

II

Actes concernant des établissements religieux unis plus tard à Saint-Martin

2. — *Hugues* [le Grand], *comte et marquis, unit un bénéfice héréditaire dont il se dessaisit, l'abbaye de St-Symphorien d'Orléans à celle de St-Samson* [plus tard donnée à St-Martin-des-Champs par Philippe Ier].

(Mai 930)

Quoniam inter nos (sicut ait Apostolus) « fines sæculorum devenerunt » profecto unicuique convenit Christiano ita præsentis sæculi cursum perficere, ut dum temporalibus fruitur bonis, summo ac vigilanti studio caveat, ne æternis subdatur pœnis, sed, in stadio hujus vitæ positus, sic utatur transitoriis, ut in futuro gaudeat præmio mansuræ felicitatis. Quapropter ego, in Dei nomine, Hugo *comes et marchio*, considerans peccatorum meorum pondus et miseriarum præsentis sæculi onus, quoddam proprium hæreditatis meæ, *abbatiam Sancti Simphoriani*, positam *inter muros Aurelianis*, quæ mihi paterna hæreditate legaliter pertinere videtur, pro remedio animæ patris matrisque meæ, atque pro redemptione meorum peccaminum, cæterorumque parentum meorum, cum duabus ecclesiis in honore *S. Letæ* (3), *sanctique Sulpitii, in suburbio* præfatæ *urbis* positis, necnon cum cæteris ecclesiis ad illam abba-

---

3. Corr. *Sancti Leti*. Saint Lié, solitaire du Berry, mort le 5 novembre 533.

tiam pertinentibus, villis, vineis, pratis, silvis, terris arabilibus, cultis et incultis, aquis aquarumve decursibus, quicquid ad ipsam aspicit vel aspicere videtur totum et ad integrum beatissimo confessori Christi Sansoni et suo episcopo Agano (4), suisque successoribus necnon et canonicis ibidem Deo et sancto Sansoni servientibus, et inantea servituris, perpetualiter dono et in æternum habendum esse concedo. Si quis vero hæredum aut prohæredum meorum huic donationi contradicere aliquid voluerit (quod nullatenus fieri credimus) nostraque statuta esse inconvulsa noluerit, iram incurret omnipotentis Dei, sanctique Sansonis, suaque repetitio nullum effectum obtineat, expulsusque a regione viventium, æterna maledictione damnetur, duroque anathemate percussus, perpetuis incendiis maneat sine fine cruciandus. Ut vero hoc scriptum meæ donationis, meæque humilitatis per succedentia temporum spatia firmius permaneat, meo nomine illud prætitulavi et consignavi, et nominibus nobilium clericorum et laicorum roborari præcepi.

Actum *Aurelianis civitate* publice.

Hugo *comes*.

Signum item *Hugonis comitis*.

Anselmus humilis *episcopus*. Theodericus, Ermenterius, *levitæ*.

S. Fulconi. S. Theubaldi. S. Radulfi. S. Fulconi. S. Theubaldi (5).

Datum in mense maio, anno VII regnante Radulfo rege, D. Lem. manuensis (*a*).

A. Original perdu.

B. Copie dans le *Chartularium Sancti Sansonis Aurelianensis* (perdu). Le

---

4. Ayen (*Aganus, Agano*), évêque de Chartres et abbé de St Sanson. Son épitaphe le qualifie *episcopus et comes* (*Etudes préparatoires à l'histoire des familles palatines*, § III, p. 25).

5. Hugues Ier, fils de Roger, comte du Maine. — Anselme, évêque d'Orléans en 912, reçut une bulle de Léon VII le 9 janvier 938. — Foulques Ier, comte d'Anjou ; Thibaud Ier, vicomte de Tours ; leurs fils Thibaud II et Foulques II ; Raoul Ier, vicomte du Maine.

(*a*) Peut-être « *Daniel* emmanuensis *scripsit* ».

ms. du xv[e] s., conservé aux Archives du Loiret (cote D. 386 provisoire) contient seulement des pièces de 1152 à 1439 (Stein, *Bibliographie générale des Cartulaires français*, p. 388).

Edit. *a*. Marrier, *Monasterii S. Martini a Campis... historia*, p. 39, d'après *B*.

4. — *Le roi Robert II confirme la donation faite par Ansoud Le Riche de Paris et sa femme Reitrude aux chanoines de St-Denis de la Châtre, de sept manses et demi à Fourches, en Parisis, du consentement de Renaud, comte de Melun, évêque de Paris* (6).

(Palais d'Orléans, 11 novembre 1006)

In nomine sancte et individue Trinitatis : ROTBERTUS, divina pro-

6. Ansoud Le Riche de Paris fut un des quatre signataires habituels des premiers diplômes émanés de Robert II, fils de Hugues Capet, avec les comtes Bouchard de Corbeil et Hugues de Dreux et le vicomte Hugues de Meulan (Robert de Lasteyrie, *Cartul. gén. de Paris*, t. I, pp. 97, 101, 112 ; cf. Longnon, *Recherches sur une famille noble dite de Paris*, Bull. de la Soc. de l'Hist. de Paris, sept.-oct. 1879, p. 132). On le rencontre de 995 à 1006.

Nous le considérons comme fils d'un autre Ansoud, que les *Gestes des évêques d'Auxerre* disent avoir été mari de Raingarde et père de Jean, titulaire de ce siège de 994 au 21 janvier 998. Il y succédait à Herbert, enfant naturel du duc Hugues et de sa maîtresse Raingarde, qu'il semble difficile de ne pas identifier avec la femme du premier Ansoud. Herbert fut évêque d'Auxerre de 968 au 13 août 994. Jean, son successeur, fut un disciple de Gerbert (Bouquet, *Rec. des Hist. de France*, X, 170), donc un condisciple du roi Robert, fils de Hugues Capet, et de Lierri, archevêque de Sens (Coll. Baluze, t. 45, p. 149, d'après la Chronique de Jean de Saint-Victor), qui siégea de l'an 1000 au 26 juin 1032.

Auguste Longnon fut bien inspiré en identifiant Ansoud Le Riche de Paris avec le mari de Reitrude, donateur de Fourches et de Limoges-en-Brie à la collégiale de St-Denis de la Châtre. En effet, dès juin 990, une charte de Cluny, datée de Vitry-en-Mâconnais, tout près du monastère, constate la vente au prêtre Gerbaud d'un champ dans cette localité par « Ansalt et uxor sua Rotrudis qui vendicione ista fierint et firmare rogaverunt » (Bruel, *Chartes de Cluny*, t. III, p. 70). Le couple Ansoud-Reitrude était formé dès 990, dès lors l'identification proposée acquiert une extrême vraisemblance.

Ansoud Le Riche, tige de la maison de Maule, déclare dans une charte qu'il a pour ancêtres Ansoud et Guérin, bienfaiteurs, comme lui, de l'abbaye de St-Evroult d'Ouche (Orderic Vital, éd. Le Prévost, t. II, p. 451). Le premier peut

pitiante clementia, rex. Si fidelium nostrorum justas benigne petitiones suscipimus, easque ad pium effectum prosperando perducimus, hoc sine dubio agimus unde communis utilitas profectum suscipiat, regiaque celsitudo firma et stabilis atque gloriosa omnimodis ubique consistat. Cunctorum igitur sancte Dei Ecclesie fidelium, tam presentium quam etiam futurorum, nostrorum quoque industria successorum noverit quoniam, adiens nostre serenitatis genua, quidam nostrorum militum, nomine Ansoldus, et uxor sua Reitrudis, sumissa prece petiit quatinus *Sancti Dionisii de Parisiaco Carcere* canonicis, inibi Deo famulantibus, assensu Rainoldi *Milidunensis pagi comitis* et *Parisiacae sedis episcopi*, septem mansos et dimidium qui sunt in *comitatu Parisiaco*, in villa que dicitur *Furcas* (7), sub autoritate praecepti perpetualiter concederemus. Placuit nostre Excellentie his annuere precibus : et sicut ipse poposcit, de septem mansis et dimidio predictis Sancti Dionisii canonicis regale preceptum statuimus habendum. Ipsos autem VII. mansos et dimidium, cum mancipiis et universis eorum appendiciis, per succedentia tempora, Domino adjuvante, sine aliqua diminutione vel abstractione, teneant ac absolute secure possideant, nemine inquietante. Si quis autem, quod minime venturum esse credimus, contra istius precepti auctoritatem presumptive temptaverit insurgere, ipse et petitio ejus adnullata coram regia majestate maneat et, coactus judiciaria potestate, auri xx libras componat, et quod repetit nullo modo vindicari valeat, sed presens precepti auctoritas firma æternaliter subsistat. Et ut hec nostre auctoritatis concessio firma et stabilis perpetualiter maneat, manu propria subter-

---

être le mari de Reitrude et le second, Guérin qualifié « baron » dans un diplôme du roi Robert, et dans un autre du même roi en 1022 « Guarinus miles Parisiensis » (Bouquet, *Rec. des Hist. de France*, X, 607); il vivait en 1031, avec sa femme Hersende, qui lui apporta le domaine d'Antony (Poupardin, *Recueil des chartes de St-Germain-des-Prés*, t. I, pp. 78-80).

7. Fourches, commune de Limoges-Fourches, ca. Brie-Comte-Robert, ar. Melun.

firmavimus et sigilli nostri impressione insigniri delegavimus. (*Monogramme royal*).

Franco *cancellarius palatii* subscripsit.

Actum palatio *Aurelianis*, III idus Novembris, anno VIIII.X. regnante Rotberto gloriosissimo rege (8).

A. Original scellé. Arch. Nat. K 18, n° 8.

B. Copie du xvi[e] s., LL 1353, *Cartulaire C de St-Martin-des-Champs*, fol. 17.

Edit. *a*. Marrier, *Monasterii regalis Sancti Martini de Campis Parisiensis, ordinis Cluniacensis, historia*, Paris 1637, in-4°, pp. 314-315, d'après *A*, « cujus sigillum nimia vetustate collapsum est. » — *b*. Gérard du Bois, *Hist. eccl. Paris.*, t. II, p. 45. — *c*. Tardif, *Monuments historiques, Cartons des Rois*, n° 254, pp. 160-161 (incomplet). — *d*. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, t. I, p. 110, n° 80.

Ind. Pfister, *Etudes sur le roi Robert-le-Pieux*, pp. lxx-lxxiv et n° 47.

5. — *Le roi Robert II confirme la donation faite par Ansoud Le Riche de Paris et sa femme Reitrude, aux chanoines de St-Denis de la Châtre, du village de Limoges-en-Brie, avec le consentement de Renaud, comte de Melun, évêque de Paris.*

(Palais d'Orléans, *novembre 1006*).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Rotbertus, divina propitiante clementia, *rex*. Si precibus nostrorum fidelium, quando

8. Le diplôme étant daté d'Orléans, une des villes du duché de France, on a pu compter les années de Robert le Pieux à partir de son sacre dans cette ville le 1[er] janvier 988. Dès lors l'année 19 du règne répond exactement à 1006. Précisément Robert II était à Orléans le 14 décembre de cette année ; rien n'est plus naturel que de supposer qu'il s'y trouvait déjà le 11 novembre. M. Pfister et, après lui, M. de Lasteyrie ont préféré la date du 11 novembre 1014, en prenant pour point de départ le jour du décès de Hugues Capet. Leur interprétation est très défendable, car on n'a point de précisions sur l'itinéraire du roi Robert à l'automne de 1014. Il se trouvait à Dijon le 25 janvier 1015 : s'y serait-il rendu en plein hiver, ou n'aurait-il pas fait un séjour en Bourgogne depuis les vendanges ?

pro suis vel ecclesiarum necessitatibus aliquid Nobis intimare voluerint, aurem libenter accommodamus eorumque justas petitiones ad optatum effectum perducimus, non solum regiam consuetudinem in hoc exercemus, sed eosdem nostros fideles Deo atque Nobis promptiores facimus atque devotiores. Igitur omnium sanctæ Dei Ecclesiæ fidelium, nostrorumque, tam presentium quam et futurorum noverit industria quoniam, adiens Serenitatis nostre presentiam, quidam nostrorum fidelium, nomine Ansoldus, et uxor sua Reitrudis, assensu Rainoldi *Milidunensis comitis* et Sancte Marie *sedis Parisiace episcopi*, humiliter deprecatus est quatinus canonicis *Sancti Dionisii de Parisiaco Carcere*, pervigili prece inibi Domino famulantibus, ex quadam villa, que vulgo vocatur *Lemovecas* (7), cum ecclesia et omnibus appendiciis, terris cultis et incultis et omnibus mancipiis, hoc nostre auctoritatis preceptum fieri juberemus. Cujus namque congruam considerantes petitionem, predictis canonicis Sancti Dionisii predictum alodum, sub precepti auctoritate, cum ecclesia et omnibus appendiciis, concedimus perpetualiter habendum. Si quis autem (quod nefarium est dici), plenus demonica potestate, contra hujus precepti auctoritatem insurgere ausus fuerit, saeveris pressus juditiis, ter denas auri libras regali censure cogatur exsolvere. Ut autem hujus auctoritatis preceptum per futura tempora inviolabilem obtineat firmitatis vigorem, manu propria subterfirmavimus, et sigilli nostri impressione insigniri rogavimus. (*Monogramme royal*).

Franco *cancellarius palatii* subscripsit.

Actum in palatio *Aurelianis* (*a*).

A. Original avec traces de sceau. K 18, n° 7.
B. Copie du xvie s., LL 1399, *Cartulaire de St-Denis de la Chartre*.

(*a*) « La ressemblance de ce diplôme avec le précédent, la date du lieu qui est la même dans les deux cas, nous autorise à croire que la date de temps doit être aussi la même. » (Pfister, *Etudes sur le roi Robert le Pieux*, n° 48.)

C. Copie du XVIe s., LL 1353, *Cartulaire C de St-Martin-des-Champs*, fol. 19.

D. Copie du XVIII[e] s., ms. fr. 15504, fol. 50.

a. Marrier, *Monasterii regalis S. Martini de Campis historia*, p. 313, d'après *A*. — *b*. Félibien, *Hist. de Paris*, t. III, p. 58, d'après *a*. — *c*. Bouquet, *Recueil des Historiens de la France*, t. X, p. 596, d'après *a*. — *d*. *Gallia Christiana nova*, t. VII, Instr., col. 29. — *e*. Tardif, *Monuments historiques, Cartons des Rois*, p. 161 (fragment), d'après *A*.

Ind. Bréquigny, *Table des Diplômes*, t. I, p. 527. — Pfister, *Etudes sur le roi Robert le Pieux*, n° 18. — Robert de Lasteyrie, *Cart. gén. de Paris*, t. I, p. 111, n° 87.

III

Chronique versifiée ou Livre des privilèges de St-Martin-des-Champs (9).

Rex pius Henricus, Martini dulcis amicus,
Templum Martino fecit sub nomine trino.
Fecit et instruxit satis ille quidem quia jussit;
Nam nisi preciperet, nichil hic Martinus haberet.
Instituit fratres, non carne, sed ordine fratres,
In commune bonum quorum foret utile donum.
Fratribus ex ipsis abbatem tradidit ipsis,
Non nimis elatum, sed pondus ad omne paratum.
Sic Ingelardus, non ad bona singula tardus,
Sic fratres, victo Sathana, mundoque relicto,
Fecerunt tanti *Martini mœnia Sancti.*
Ut non possit homo minus intus tollere pomo,
Fratribus invitis, quin surgant jurgia litis,
Ut scriptura sequens, probat hoc in ordine (*a*) presens.

---

9. Ce manuscrit, écrit entre 1072 et 1079, comme l'a prouvé M. Maurice Prou (*Revue de l'art chrétien*, 1890, p. 24, et *Actes de Philippe Ier*, n° XIX), est conservé au *British Museum*, Add. mss. n° 11662. — Une copie exécutée au XIIIe siècle se trouve à la Bibliothèque Nationale (Nouv. acquisitions latines 1359, fondation d'Otrante, n° 14), elle comporte 8 feuillets de parchemin illustrés de belles miniatures librement imitées de celles du manuscrit primitif. Ce dernier ayant été mutilé par l'arrachement de deux miniatures qui a entraîné la perte d'une partie du texte, la copie conservée à Paris permet de suppléer à ces lacunes. Nous reproduisons dans son ensemble ce *Livre des Privilèges*, œuvre exécutée par ordre d'Engelard, l'unique abbé de la collégiale restaurée par Henri Ier. C'est en effet le premier *Cartulaire de St-Martin-des-Champs*. Mais nous rétablissons le texte des diplômes d'après les originaux qui subsistent, en les classant chronologiquement.

(*a*) D. Marrier a corrigé, non sans raison : « hoc in codice. »

6. — *Diplôme de fondation et de sauvegarde par le roi Henri Ier au monastère de Saint-Martin-de-Champs* (Paris, 1059-1060).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Gloriose matris Aecclesiæ filii noverint unde gaudeant et ubi plaudentes piæ devotionis favorem impendere satagant. Orthodoxis siquidem omnibus luce clarius liquet sanctam Ecclesiam catholicam, fide solidatam, utriusque Testamenti multimodis et probabilibus argumentis Eterni Regis esse sponsam. Unde legitur : « Erunt duo in carne una, » summo scilicet mentis intuitu Christus et Ecclesia. Et propheta psalmigraphus canens : « Tanquam sponsus Dominus procedens de thalamo suo », aperte ostendit quia Dominus Sanctam Aecclesiam utpote sponsus sibi sotiavit in virginali thalamo. Sed et ipse Dominus hoc asseruit, cum de se ipso Apostolis loqueretur : « Non possunt, inquiens, filii Sponsi lugere quamdiu cum illis est Sponsus. » Quod etiam Apostolus Ephesis scribens : « Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus Aecclesiam, » manifestissime testatur. Quando vero tam evidenti authoritate Sancta Ecclesia comprobatur esse sponsa Christi, studeat necesse est qui tam pretioso sponso placere desiderat in coelis, ejus sponsam pio obsequio venerari in terris.

Igitur hec et hujusmodi ego Henricus, Dei gratia *rex Francorum*, sedula cogitatione recolens qualiter « decorem domus Domini et locum habitationis ejus dilexi », omnibus, tam presentibus quam futuris, notum fieri volui. Porro, ante *Parisiace urbis portam*, in honore confessoris Christi *Martini abbatia* fuisse dignoscebatur, quam tyrannica rabie, quasi non fuerit, omnino deletam, ab integro ampliorem restitui, æcclesiamque que diu sterilis, amissa prole fleverat, querens reddere fecundam, celesti Sponso religiosorum consilio virorum, canonicos regulari conversatione ibidem Deo famulantes adtitulavi. Et ut sine solicitudine, magis divinis quam

seculi curis vacantes, valeant (*b*) vivere, de facultatibus meis dotem faciens ecclesie, ob remedium patris mei matrisque meæ animarum, atque pro mei, necnon conjugis et prolis salute et pace, hæc illis largior possidenda perpetuo jure : Altare in primis ejusdem basilice omni clarificatum libertate, et terras quas circa eandam ecclesiam prius habebam, et quas ibidem ANSOLDUS cum nepotibus suis MILONE scilicet et WARINO mihi dedit, concedente HUGONE *comite* (10), propter prefati MILONIS reconciliationem, qui tunc reus

---

(*b*). Ici s'arrête la copie de la *Chronique rimée*, le feuillet suivant ayant été arraché. Mais nous en connaissons le texte complet par l'édition qu'en a donnée Marrier (*Mon. Sti Martini hist.*, p. 4) et par la copie du XIII[e] siècle, n. acq. lat., 1359.

10. Hugues, comte de Dammartin, que nous rencontrerons plusieurs fois comme témoin de chartes postérieures, avait pour père Manassé, comte de Dammartin, frère de Haudouin III, comte de Ramerupt. Conseiller intime et probablement chambrier (*noster a secretis*) du roi Robert en 1031 (Bouquet, *Rec. des Hist. de France*, X, 626), Manassé périt auprès de Bar-le-Duc, dans la même journée où fut tué Eudes II, comte de Chartres (Hugues de Flavigny, *Chron.*, ap. *Mon. Germ. hist.*, *Scriptores*, VIII, 401), c'est-à-dire le 15 novembre 1037 (Aug. Longnon, *Obituaires de la province de Sens*, t. II, préface, p. VIII). Sa veuve fit de grandes libéralités à St-Vanne de Verdun où les victimes du combat furent ensevelies (*Vita S. Richardi abbatis Virdun.*, ap. *M. G. h.*, *Scriptores*, XI, 288). Elle se nommait Constance ; c'était sûrement une fille de Robert le Pieux et de sa dernière femme ; filiation qui motive l'attribution des prénoms robertiens d'*Eudes* et de *Hugues* aux fils issus de son union avec Manassé (Guérard, *Cartul. de St-Père de Chartres*, p. 175). Eudes, omis par l'*Art de vérifier les Dates*, bien que cité avec son titre dans un diplôme de 1060, mourut peu après sans postérité mâle. Il laissa le comté de Dammartin à son frère cadet Hugues, précédemment établi à Bulles (*Hugo Buglensis comes*, titre que lui donne Ives de Chartres, éd. Bouquet, *Rec. des Hist. de France*, XV, 242), qui lui venait de sa femme Rohais. Au cours d'une grave maladie en 1075, il restitua à St-Lucien de Beauvais les églises de Bulles (Louvet, *Hist. du Beauvoisis*, I, 630-634) ; les chanoines qui les occupaient protestèrent devant le concile d'Issoudun en 1081 (Achery, *Spicileg.*, III, 128). Revenu à la santé, Hugues partit en Terre-Sainte pour accomplir un vœu ; il y fut fait prisonnier, et sa rançon ayant été fournie par les Bénédictins du Bois-Saint-Michel, dépendant de Vezelay, il fonda à son retour le prieuré clunisien de St-Leu d'Esserent (Louvet, I, 645 ; cf. *Mém. de la Soc. acad. de l'Oise*, X, 493) en 1081 (Chan. Eug. Müller, *Cartulaire de St-Leu d'Esserent*, pp. 1-6) auquel l'abbé de Cluny réunit St-Michel dont les moines se transportèrent à St-Leu (p. 11).

Hugues avait causé des inquiétudes à Philippe I[er], qui fortifia Montmélian, aux frontières du Senlisois, pour se protéger contre ses atteintes (*Rec. des Hist. de France*, XI, 158, 410 ; XII, 135). Il finit ses jours sous la bure, à St-Leu d'Esserent (Müller, p. 17). Dès 1103, il était remplacé par Pierre, son fils (*Cartulaire A de Montier-en-Der*, coll. Baluze, XXXIX, fol. 239'). Celui-ci tomba malade à

magni criminis erat adversum me ; sed precibus Ymberti *presulis*, accepta terre cultura a supradictis militibus, commissum illum, unde centum libras justo judicio exolveret, dimisi. Has ergo terras circa muros ecclesie sitas eidem ecclesie concedo, ea videlicet libertate ut nullus in eis aliquam redibitionem exigere presumat. Apud *Parisius* vero, molendinum unum. In villa que dicitur *Alberti villare* (11), terram quam ibi habebam. *Noisiacum* vero *super Maternam situm* (12), cum omnibus redditibus atque redibitionibus terre, silve, vinearum atque pratorum.

In territorio autem *Meldensi*, villam nomine *Anethum* (13), cum omnibus redditibus atque redibitionibus terre, silve, vinearum atque pratorum, de reditibus quidem pastionis, vierie, silve atque leigii, omnem decimam.

Item in pago *Parisiacensi*, *Bungeias* (14), cum omnibus redditibus et redibitionibus libere sibi adjacentibus.

Sed et in pago *Laudunensi*, *Disiaci* (15), excepto altari, dimidium cum prefatis possessionibus habeant, teneant, regant atque possi-

---

Rosnay en Champagne d'où était originaire sa femme Eustachie (Müller, p. 16). Il y mourut un 13 septembre, en 1105 ou 1106 (*Obit. de la prov. de Sens*, I, 456) ; il fut inhumé à St-Leu d'Esserent où les moines qu'il avait appelés à ses derniers moments, ramenèrent son corps au prix de mille peines. Il y reposa près de son père et d'un frère aîné mort jeune (avant 1081). Il laissait d'Eustachie un fils qui lui succéda, certainement Hugues II qui dès lors exerçait les fonctions comtales. L'*Art de vér. les Dates* (II, 661) le fait à tort frère de Pierre. Les actes de Hugues I[er] ne lui attribuent, sur la fin de sa vie, qu'un seul fils et trois filles : Basle, Aélis, Eustachie (nom porté déjà par une tante, issue du comte Manassé, et dont une fille, Agnès, épousa Guillaume vicomte de Mantes). Mariée d'abord à Aubri Payen de Mello, Aélis se remaria à Lancelin II de Beauvais, qui après 1111, succéda à Hugues II. Lancelin eut d'elle quatre enfants, dont deux, Manassé et Rohais, relevèrent des prénoms de l'ascendance maternelle. Mais Dammartin passa à Aubri I[er], que par son prénom l'on peut croire issu de la première union d'Aélis ; Lancelin n'aurait été que son *mainbour* : on ne s'explique pas autrement, d'ailleurs, que la nombreuse postérité de ce sénéchal ait pu être exclue du comté dont il avait été titulaire.

11. Aubervilliers, ar. St-Denis (Seine).

12. Noisy-le-Grand, ca. Le Raincy, ar. Pontoise (Seine-et-Oise).

13. Annet-sur-Marne, ca. Claye-Souilly, ar. Meaux (Seine-et-Marne).

14. Bondy, ca. Noisy-le-Sec, ar. St-Denis (Seine).

15. Dizy-le-Gros, ca. Rozoy-sur-Serre, ar. Laon.

deant. Illud ergo pretermitti nullatenus volo, quia prefatam ecclesiam ea firmitate munio, quatenus in perpetuum regio jure ab omnibus fore concedatur libera, tam videlicet intra ambitum munitionis ejus quam extra in procinctu illius, in theloneis, in fredis, in justiciis, in omnibus quecumque jus nostri exigit fisci, nemo unquam illam inquietare audeat. Canonici etiam hanc potestatem habeant ut, abbate obeunte, assensu fratrum, boni testimonii virum, nemine perturbante, restituant. Verum etiam ut ea fixa firmamento teneantur stabili, hanc cartam in qua, me precipiente, omnia scripta sunt, sigillo meo subterfirmavi. Ego ipse rex Henricus, et regina pariter, et Philippus filius meus, cum fratribus suis, manu firmatam corroboravimus.

Quamquidem Mainardus, *Senonum archiepiscopus*, cum Ymberto, *Parisiorum* presule, aliique plurimi, tam pontifices quam laici principes, confirmarunt et corroborarunt, omnibus supra memoratis faventes. Si quis autem posthac privilegium hoc violare presumpserit, primum sacrilegii, sive tante auctoritatis negligencie reus, duro anathemate feriatur, deinde nefande presumptionis irritus, gravi census detrimento damnetur.

Anno supradicti regni xxvii. Actum anno ab Incarnatione Domini M° LX, indictione xv, *Parisius* publice.

Signum *regis* Henrici. Signum Philippi *regis*. Signum Anna *regina*. Signum *archiepiscopi* Mainardi *Senonensis*. Signum Gervasii, *Remensis archiepiscopi*. Signum Ymberti, *episcopi Parisiensis*. Signum Odolrici, archidiaconi *Parisiensis*. Signum Balduini cancellarii. Signum Wizelini capellani. Signum Richardi capellani. Signum Radulfi comitis. Signum Tietbaldi de Montemorenci. Signum Rainaldi camerarii. Signum Albrici conestabularii. Signum Willelmi senescalci. Signum Hugonis buticularii. Signum Roberti coci. Signum Radulfi Belvacensis. Signum Ivonis subcamerarii. Signum Walteri, filii Berneri. Signum Amalrici Rufi. Signum Willelmi fratris Baldrici. Signum Widonis, *Ambianensis episcopi*. Signum Walteri, *Meldensis episcopi*. Signum Elinandi, *Laudunensis episcopi*. Signum [Hugonis] *Trecensis episcopi*. Signum

Rotberti filii *comitis* Balduini. Signum Widonis, *Ponthivensis comitis*. Signum Baldrici. Signum Engenulfi. Signum Amalrici de Monteforte. Signum Stephani *prepositi*. Signum Framerici coci (*c*).

(*c*) Sources : *A*. *Chronique versifiée (texte mutilé)*. — *B*. Copie du XIIIe s., n. acq. l. 1359, d'après *A*. — *C*. Copie du XVe s., A. N. K. 870[2]. — *D*. Copie du XVIIIe s., A. N. K 188[1], n° 11, d'après *A*. — (Recension de M. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, n° 96, sauf de légères variantes de ponctuation.)

Les chiffres sont inexactement transcrits par tous les copistes. Il faudrait corriger celui de l'indiction XV en XII, et celui des années du règne XXVII en XXVIIII pour obtenir une datation concordante, répondant au début de 1060. La pièce est postérieure au sacre de Philippe Ier qui est qualifié *roi* (23 mai 1059) et antérieure à la mort de son père (4 août 1060).

Le texte du manuscrit (fol. 2) *contient ici une miniature, représentant le groupement des six propriétés concédées à l'abbaye avec ces dénominations* : Molendinvs. Albertivillare. Anetvs. Bongeias. Dysiacvs. Noysyacvs.

Amodo Martinus non exul, nec peregrinus,
Sed peregrinorum domus, atque pater miserorum,
Servos, ancillas habet, atria, predia, villas ;
Terris, vineolis pollet sub cardine Solis.
Non est mendicus, quia Xristi fertur amicus ;
Jam superat cives, jam fit de paupere dives.
Si Rex vixisset, non ista pati potuisset,
Ut pauper modicus dictus foret ejus amicus.
Verum, morte cita, fugit illum perfida vita ;
Non potuit totum Martino solvere votum
Et tamen est aliquid quod ei videndo reliquit,
Quod nisi tunc faceret, tamen illi nil remaneret.
Rex erat : ecce cinis ! sic est de corpore finis.
Liberet a penis animam Deus atque cathenis,
Ut, duce Martino, letetur in ordine quino. Amen.

Vient ensuite (fol. 3) *une miniature représentant la mort du roi Henri Ier. Le prélat qui l'assiste, entouré de plusieurs autres évêques,*

prononce ces paroles : « Tibi Domine tradimus animam famuli tui Henrici regis defuncti. » *Le nom du pontife est écrit en abrégé, c'est* MAISNARDVS (*Mainard, archevêque de Sens*). *On lit au-dessous de cette miniature :*

Carnis in hac werra, sic fit caro splendida terra :
Possumus hic vere terram de Rege videre ;
Nam qui de terra fuit, esse nequit nisi terra.
Letatur vane de Rege cadaver inane.
Ecce, ducum multo cum fletu, Rege sepulto,
Discedunt proceres, Conjunx, domus omnis, et Heres,
Acsi non esset rex horum, sed magus esset.
Martinus remanet, Regis scelus ut prece sanet.
Nunc videt HENRICUS quis, qualis, quantus amicus
Sit sibi Martinus, jacet in qua parte sepultus.
Quem sic custodit Martinus, non Deus odit.
Tante zelotipus bonitatis amore PHILIPPUS,
Non opus hoc sprevit, sed fratrum vivere crevit,
Ferme de totidem quot habebant predia pridem,
Martino sedem dedit hic, Sansonis in edem.
Non solam sedem, sed totam tradidit edem,
Ad disponendum, vel quodlibet ad faciendum.

La miniature suivante représente le roi Philippe Ier sur son trône, entouré de personnages désignés par les inscriptions suivantes : RICHERVS SENON*ensis* ARC*hiepiscopus*. GAVFREDVS. GVIDO. GALTERVS. HVGO. ROGERVS. IVO. EPISCOPI. RAINALDVS COMES. HVGO COMES. HUGO FRATER REGIS. BALDVINVS COMES. BALDVINVS FILIVS EIUS. DROGO ARCH*idiaconus* PAR*isiensis*. WIDO DE MONTELETHERICO (16).

Martinus nomen felix suscepit ad omen.
Rex non est, Patrem qui non amet hunc quasi fratrem.

16. Richer, archevêque de Sens ; Geofroi, évêque de Paris ; Gui, évêque d'Amiens ; Gautier I, évêque de Meaux ; Hugues I, évêque de Troyes ; Roger, évêque de Châlons ; Ives, évêque de Sées. Renaud, comte de Soissons ; Hugues, comte de Dammartin ; Hugues de Crépy, frère de Philippe Ier ; Baudoin V de Flandre et son fils Baudoin VI. Dreux, archidiacre de Parisis (il est intéressant de relever qu'il porte une mître semblable à celle des évêques). Gui de Montlhéry (dit le Grand, fils aîné de Milon Ier).

Si contra leges mutaret Gallia reges,
Rex qui nunc staret et cras non esse putaret,
Martino faceret cur sola nocte placeret.
Quis non preberet Martino quicquid haberet ?
Simplum prebebit, quadruplum quod rursus habebit ;
Nec, duce Martino, cadet ardente camino.
Hac ope securus rex esse volens moriturus,
Tradidit in sedem Martino Sansonis edem,
Testibus hiis quorum sunt nomina, vox ut eorum.

Suit le texte de la charte de Philippe Ier de l'an 1067, qu'on trouvera plus loin (n° **12**). *Le Livre des privilèges en interrompt le texte après la date :* « Actum Parisius publice, anno ab Incarnatione Domini M° LX° VII°, ind. v, anno regis Philippi VII° » *et ajoute :*

Dedicata sub eodem tempore ipsa ecclesia a supradictis pene episcopis, IIII° Kal. junii (*c*).

Tale per exemplum redit ad juga debita templum
Quod, velut emissum, Martinus habebat omissum.
Ad jus jure redit quicquid de jure recedit.
Si redit ad Dominum servus, non est peregrinum.
Pastor Dolensis est ecclesie Turonensis,
Sanson Dolensem, Martinus habet Turonensem
Ecclesiam, pacto non consimili neque facto ;
Pastor Dolensis servit, recipit Turonensis
Quamlibet in partem Martinus duxerit artem,
Ergo Dolensis est servus, herus Turonensis.
Hujus tam juste dationis, tamque venuste,
Existunt isti testes in nomine Christi.

(*c*) Dom Marrier, en éditant ce texte (*Monasterii S. Martini de Campis... historia*, p. 13), l'accompagne d'une note : « Recentius quoddam Ms. addit : « IV Kal. julii. » C'est à tort qu'on a tenu compte de cette variante. La date du *Livre des privilèges* (29 mai) correspond en 1067 au mardi de la Pentecôte, jour férié ; tandis que l'autre date (28 juin), veille de la fête des Apôtres SS. Pierre et Paul, étant un jour de vigile et de jeûne, n'a pu être choisie pour la solennité d'une dédicace d'église.

Ici se retrouvent, avec de légères variantes de disposition, les noms des témoins du diplôme de 1067 (fol. 4). *Toutefois les souscriptions des légats qui furent apposées après coup sur le diplôme, sont omises dans le Livre des privilèges.*

Filius Henrici faciens ita, vult benedici,
Et prece Martini, portum vitare Lucrini.
Tale quidem donum talem placet ante patronum.
Addidit ergo bono, duo Rex altaria, dono,
E quibus hinc illo vadens, rediens et ab illo,
Viveret ambarum moderans pater ecclesiarum.
Dat firmatque datum, sic duret ut inviolatum.

Ici vient le texte de la donation de Janville par Philippe Ier, qui est datée de 1065. L'auteur de la Chronique versifiée intercale entre la date et les souscriptions le sixain suivant :

Sic donum patris confirmat Rex, prece matris.
Et precibus quorum sunt nomina presto virorum ;
Corpora si desunt, presentia nomina presunt,
Ut, presente nota, firmetur kartula tota.
Nec villanorum sunt nomina, nec reproborum,
Sed perfectorum vita, dapibusque bonorum.

A la suite des souscriptions se lisent onze autres vers :

Vetera non tanti sunt hec tria munera quanti ;
Prestant parva tamen in maxima grande juvamen.
Unum de centum si desit forte talentum,
Officit ad numerum, de quolibet ordine rerum.
Nemo potest dempto, centum proferre, talento.
Ergo sit inventum, centum facit esse, talentum.
Per parvas partes, perfectas itur ad artes.
Subveniunt magnis animalia parva [bisognis],
Hoc capiendo feras, hoc pisces, hoc et aceras (*d*).

(*d*) Du grec *akerai* (sans cornes), ce terme indique les oiseaux (*aves*) par opposition aux bêtes sauvages et aux poissons : allusion successive aux chiens, aux

Nunc que non tanti sunt parvula, maxima quanti
Munera, grande tamen faciunt in magna, juvamen.

La Chronique versifiée se termine par la reproduction du diplôme de 1069 intitulé « Karta de fundatione ecclesie Sancti Martini », *du diplôme de Louis VII de 1137* (corr. 1142) *intitulé* « Magna karta ecclesie Sancti Martini » *et de la bulle du pape Innocent II, intitulée* : « Privilegium magnum in quo omnes articuli fere omnium privilegiorum continentur » dans le manuscrit du XIIIe siècle.

Nous reproduisons ici, comme annexe à l'acte de constitution du domaine de l'abbaye, la notice suivante tirée du *Liber Testamentorum.*

7. — *Milon (Le Riche de Paris) renonce à ses protestations contre la décision royale qui l'avait dépouillé de sa terre des Champs, l'abbé Engelard ayant transigé avec lui.*

Noverint audientes quoniam ego MILO (17) terram quam *juxta Sti Martini æcclesiam*, HAINRICO *rege* auferente, mihi calumpniabar, modo eidem æcclesiæ concedo, spontanea voluntate, in perpe-

---

appâts et aux faucons, à l'aide desquels on capture des pièces de taille infiniment supérieure. Le copiste du XIIIe siècle a omis « bisognis » qu'un lecteur a suppléé peu après.

(17) Il n'est pas douteux qu'il ne s'agisse ici de Milon, frère d'Ansoud le Riche, et père de Milon II et de Guérin II, cités dans le diplôme de Henri Ier de 1059-1060 (n° 6 *suprà*). Milon ayant été gracié à la suite de la composition qui fait l'objet de ce diplôme, réclama d'abord contre la cession faite, puis transigea avec les chanoines de St-Martin.

Milon est cité en 1047 avec son frère Ansoud, dans un diplôme de Henri Ier : « in presentia... optimatum palatii regis, videlicet... Ansoldi quoque et Milonis pratris ejus. » (D. Bouquet, *Rec. des Hist. de France,* t. XI, p. 582). Sa disgrâce se place entre 1047 et 1059. Peut-être fut-elle motivée par son attitude durant la guerre entreprise par Henri Ier contre Guillaume de Normandie et qui se termina par la défaite des Français à Mortain en 1055. Un chevalier nommé Guérin de Maule fit partie de l'expédition de Guillaume le Conquérant en 1066 et de lui descendent les Maule d'Angleterre : la famille Le Riche de Paris avait donc des intérêts en Normandie ; il est possible que Milon ait voulu les ménager lors de la campagne de 1055, soit en n'y participant pas, soit en ne s'y comportant pas en fidèle vassal de la Couronne de France.

tuum habendam, acceptis tamen, cum fratrum orationibus, viginti ab *abbate* INGELARDO solidis nummorum.

Hujus rei sunt testes : RAINALDUS, ROTLANNUS, GONHERUS, RAINARDUS, LISIARDUS, EVUARDUS, HUGO, JOHANNES, WALCHERUS, GUNTARDUS, FULCHERUS, LANDRICUS, GOISBERTUS, HUBERTUS (*a*).

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 32, n° 69.
Edit. R. de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, I, p. 125, n° 97, *avec la date* : vers 1060.

(*a*) Parmi les souscripteurs d'une charte de 1067, se retrouveront *Ernaldus, Rotlannus, Guitardus, Gualcherus.* — D'autre part, *Goisbertus* et *Hugo* sont au nombre des chanoines de St-Martin en 1079. — *Rotlandus* est qualifié prieur de la collégiale entre 1061 et 1065 et appelé « *Rotlannus* de domo Sancti Martini » en 1070. C'est peut-être le même qui devint évêque de Senlis en 1072, et fut remplacé à la fin de 1075 par Engelard.

IV

Actes concernant la collégiale de Saint-Martin de Paris

8. — *L'évêque Imbert de Paris renonce à tout droit sur l'aître de l'église de Bondy, d'accord avec Ouri, archidiacre de Parisis.*

(25 juillet-29 novembre 1060).

In nomine Domni, IMBERTUS *Parisiensis episcopus* notum fieri volo omnibus Xristi fidelibus quum *abbas Beati Martini* ENGELARDUS multis me rogaverit precibus, quatinus pro remissione peccatorum antecessorum atque successorum nostrorum Bto Martino consuetudines *Bunciacensis atrii* (18) concederem. Cujus precibus adquiescere judicans, dignum non recusavi super hac peticione exaudire eum, annuens Bto Martino supradicti atrii consuetudines, sine ullius perturbatione perpetuo possidendas; nullumque, pro

---

(18) Cette pièce a échappé aux auteurs de la *Gallia christiana nova,* qui font commencer l'épiscopat d'Imbert « circà annum 1030 ». Puisque, en novembre 1060, il était dans sa 33e année d'épiscopat, il a été intronisé avant le 29 novembre 1028 ; or son prédécesseur Francon, cité dans un titre de 1028, étant mort le 24 juillet, il faut placer l'avènement d'Imbert entre le 25 juillet et le 29 novembre 1028 (Cf. *Gallia*, VII, 47-49, et D. Bouquet, *Rec. des Hist. de France*, X, 619). Imbert mourut le 22 novembre 1060, peu de jours après avoir donné cette charte, qui fut probablement écrite à l'occasion de la fête de St-Martin d'hiver, le 11 novembre. Geofroi de Boulogne, successeur d'Imbert, mourut le 1er mai 1095. (Depoin, *Essai sur la chronologie des évêques de Paris de 778 à 1138*, p. 23; tir. à p. du *Bulletin historique et philologique*, 1906, p. 236).

hac re, mihi vel successoribus meis debitum vel servicium persolvatur. Et ut hoc firmum et stabile permaneat, assentiente ULRICO archidiacono nostro, propria manu firmavi. Factum mense novembri, anno I regnante PHILIPPO rege, episcopatus autem nostri anno xxx° tercio (14). Testes vel consignatores : S. ODONIS decani. ULRICI archidiaconi, IVONIS archidiaconi. LANDRICI sacerdotis. RAINALDI sacerdotis, LANDONIS sacerdotis. GIRARDI diaconi, ALBERTI diaconi. IVONIS subdiaconi, ODONIS subdiaconi.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 42, n° 91.

9. — *Galeran cède à l'église Saint-Martin, moyennant quinze sous et pour son propre salut, deux arpents de terre attenant à l'église.*

Tam presentibus quam futuris notum sit omnibus quod ego (*a*) WALERANNUS *Sancti Martini æcclesiæ* duos aripennos terræ, quam juxta eamdem æcclesiam possidebam, trado, atque in perpetuum, pro meo salute, nec non tamen pro xv solidorum precio, eidem habendam concedo æcclesiæ. Sub qua firmitate hanc cartulam firmo, his testibus roboratam.

S. WALERANNI. S. DROGO. S. BERNERI. S. WIDONIS. S. RAHERII. S. WIMERI. S. RAINARDI.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 35, n° 76.
Édit. Rob. de Lasteyrie, *Cartulaire de Paris*, t. I, p. 150, n° 125.

(*a*) S'il s'agit ici, comme on peut l'admettre, de Galeran de Senlis, qui fonda le prieuré de St-Christophe de Halatte, et qui fut appelé aux fonctions de chambrier au début de mai 1061, cette charte ayant été donnée alors qu'il ne portait aucun titre d'office, se place entre 1060 et le printemps de 1061. Voir note 19

10. — *Engelard, abbé de Saint-Martin, ayant prêté 40 livres au grand-chambrier Galeran de Senlis, prend hypothèque sur l'une de ses terres jusqu'à concurrence de la moitié du domaine. La reine-douairière Anne, Raoul, comte de Valois, et Hugues, neveu de Galeran, consentent à cet engagement.*

(Mai 1061-Août 1065).

In hac cartula continetur conventio quam INGELARDUS, *abbas Beati Martini*, habuit cum WALERANNO, *camerario Regis* (19). Huic enim supradictus abbas XL libras denariorum accomodavit, ea conditione ut medietatem omnium eorum que ad villam que vocatur *vo ruilgiam* (20) pertinere videntur, Beatus Martinus possideat, donec suas XL libras recipiat.

Factum est hoc annuentibus ANNA regina, comite RADULFO (21) et HUGONE filio RAINALDI (19).

---

(19) Galeran fut grand-chambrier pendant presque tout le règne de Philippe Ier. Sa désignation à ce poste eut lieu entre le 30 avril et le 27 mai 1061. Il cessa de l'occuper en 1105; on le trouve encore en charge entre le 25 mars et le 4 août; il fut remplacé par son fils Gui entre le 4 août 1106 et le 14 avril 1107. C'était un membre de la famille Le Riche de Senlis, dans la généalogie se trouve dans les appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise* (édit. Depoin), pp. 298-300. Toutefois pendant les années 1074-1075, l'exercice de sa charge fut confié à son neveu Hugues II.

(20) Une main du XVIIe s. a inscrit en marge sur *B* : « Vaugirard. » La traduction est inacceptable. Les lettres *u o* qui terminent une ligne semblent bien une répétition involontaire de la première syllabe de *uocatur*. Le scribe du *Liber Testamentorum* a commis ailleurs (au n° XLII notamment) cette faute d'inattention. Nous avions pensé à traduire *Ruilgiam* par Rungis, dont la voirie était aux mains d'une autre branche des Le Riche (Lebeuf, *Hist. du dioc. de Paris*, IV, 48). Mais l'approbation du comte Raoul de Valois oblige à chercher le territoire dont il s'agit dans sa juridiction. Dès lors on est amené à y voir Rully en Valois, ca. Pont-Ste-Maxence, ar. Senlis.

Hugues II de Senlis, fils de Renaud (grand-chambrier de Henri Ier et frère de Galeran), est la tige des comtes de Clermont. — Galeran tenait de lui son domaine en fief; Hugues le tenait à son tour du comte de Valois, et celui-ci de la Couronne. C'est comme régente, et non comme femme de Raoul, qu'Anne intervient pour donner son assentiment.

(21) Il n'existe aucun diplôme de date certaine où Anne soit qualifiée reine et figure à la cour après le 4 août 1065. Un acte dont les notes chronologiques sont contradictoires et dont il ne subsiste qu'une copie, lui attribue encore ce rang

Nomina eorum qui huic conventioni interfuerunt : ROTLANDUS *prior*, WASCHELINUS, BERNARDUS *dapifer*, HAIMO faber, WALCHERUS, GUNTARDUS, DODO, HELBERTUS, HAINARDUS, ROTGERUS.

(*a*) Cette date probable résulte de la remarque suivante. L'abandon par Gui de Montlhéry de ses droits sur Clamart dut être sollicité au moment où St-Martin avait acquis déjà une part importante de la paroisse. Gui fit cette libéralité avec le concours de sa femme Élisabeth. Une étude récemment comprise dans les publications de la Société historique du Gâtinais, et due à M. Estournet, semble bien établir qu'Élisabeth, veuve de Bouchard II, comte de Corbeil (1070-1077), fut la seconde femme de Gui de Montlhéry qui, dès 1065, prenait le surnom « de Rochefort », qu'il avait acquis du chef d'Aélis, sa première femme. Le convol eut lieu, d'après M. Estournet, « entre 1080 et 1085 », plutôt vers cette dernière date. D'autre part, Urbain II confirmait en 1096 la donation de l'église du village de Clamart à St-Martin-des-Champs. Les limites 1077-1096 sont donc rigoureuses. Mais il est probable que la libéralité de Gui suivit de près son second mariage, si même elle n'eut lieu à l'occasion de ses noces. Il n'y est pas question d'enfants; or Hugues de Crécy, fils de Gui et d'Élisabeth, « était en 1107 un jeune seigneur d'au moins vingt ans ». Sa naissance est donc voisine de 1085. Ces considérations nous amènent à placer entre 1079 et 1085 les acquisitions faites à Clamart par la communauté de St-Martin.

(71) Bagneux, ca. et ar. Sceaux. Arnaud, neveu de Gautier, devint sous-prieur de St-Martin (n° **77** et note 197 *infrà*). La seigneurie de Bagneux se retrouve au XIIIe siècle aux mains de la famille Le Riche. Cf. une charte de 1230 où de vastes terrains à Bourg-la-Reine sont cédés à Ste-Geneviève par la dame de

25. — *Gautier de Bagneux et sa femme Heudiarde concèdent à Saint-Martin la nef de l'église de Clamart, de l'aveu d'Arnoul, leur seigneur.*

(1079-1085)

Notum fieri volumus omnibus Xristi fidelibus quod WALTERIUS DE BANNIOLIS (71) et HILDIARDIS uxor ejus, pro remuneratione vitæ æternæ *æcclesiæ Beati Petri Cluniacensis*, sub qua et *Sti Martini de Campis*, concesserunt capsum æcclesiæ de *Clamart* (30), concedente ARNULFO domino suo, a quo tenebant, et uxore ejus et filio. Hujus concessionis ARNULFI et uxoris ejus et filii, testes sunt ADAM filius TEOBALDI DE CRISPEIO (72), HELO nepos HELONIS DE FIRMITATE (73), HUGO filius AUDUINI (*a*).

Quando WALTERIUS et uxor ejus quod supradictum est *æcclesiæ Beati Petri Cluniacensis* et *Sti Martini de Campis* dederunt, testes sunt : HERNOLDUS nepos ipsius WALTERII, CONSTANCIUS frater ejus (71) ; ALBERTUS dapifer, WARINUS ; ASZO dispensator regis (118), ROTGERUS, WARINUS frater ejus, ULRICUS falconarius, WALBERTUS pedacer, DURANNUS, ODO, LEOBERTUS, ARROLDUS, WALTERIUS major (33), WALTERIUS.

Bagneux, *Petronilla relicta defuncti Roberti Divitis de Balneolis*, et ses fils *Hugues, Guérin, Mathieu, Bernard* (Cart. de Ste-Geneviève, fol. 140).

(72) Thibaud Le Riche de Crépy souscrivit, le 27 mai 1061, l'acte de fondation du prieuré de Béthisy, et en 1081, la charte où Hugues de Dammartin dote St-Leu d'Esserent (Chan. Müller, *Cartulaire de St-Leu d'Esserent*, p. 3) ; avec lui sont nommés ses trois fils, Pierre, Adam, Lambert. Il était mort dès le 9 décembre 1101, date où ses fils assistent à un acte de Hugues le Grand, comte de Valois, pour les serfs de St-Arnoul de Crépy : « Milites qui affuerunt Adam Dives et frater ejus Petrus, et ambo filii Thetbaldi Divitis. » En 1103 on trouve à Crépy « Petrus frater domini Adam » (Coll. Moreau, t. XLI, fol. 52, 104). Cette famille, qui a possédé la seigneurie de Nanteuil-le-Haudoin, a été, tout à fait arbitrairement, rattachée par d'anciens généalogistes à la maison de France. — En 1135, une charte de l'évêque de Meaux pour l'église de Nanteuil porte : « Testes : domnus Theobaldus de Crispeio, Helisabeth uxor ejus, Thebaldus filius ejus, Henricus nepos Thebaldi. » (Du Plessis, *Hist. de l'église de Meaux*, t. II, Preuves, p. 31 ; n° LII.)

(73) Huon ou Heïon II, dit le Blanc, petit-fils d'Heïon châtelain de la Ferté, donna plus tard à St-Martin-des-Champs l'église du Vivier, qui passa aux Prémontrés dès 1121, comme on le verra plus loin.

(*a*) On pourrait lire en *B* « Duduini ».

Addiderunt adhuc et arpennum vinee qui continetur sub pago (b) ejusdem ville.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 10', n° 21.
Édit. Marrier, *Monasterii Sti Martini de Campis historia*, p. 479.

26. — *Hugues de Crépy concède à Saint-Martin le chapt* (la nef) *de l'église de Clamart.*

Volumus esse notum cunctis qui matris Aecclesiæ filii sunt, quod Hugo de Crispeio dedit *æcclesiæ Sti Martini* capsum (179) æcclesiæ de *Clamart* — de ejus enim feodo erat — et super sanctum altare donum fecit coram cunctis qui aderant, quorum nomina hæc sunt : Rotbertus filius Stephani (154), Odo Fraxinellus, Iterius, Adalardus Bruxellus, Hugo Rufus, Bernardus parmentarius, Odo pistor, Rodulfus nepos Rainaldi Ad Barbam, Hubertus carpentarius servus æcclesiæ.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 10', n° 20.

27. — *Ermesende, femme de Roger de Saint-Cloud, donne trois arpents de vigne à Clamart; son mari conservera l'usufruit de la moitié, en livrant un demi-muid de vin par an aux moines.*

Noscant p. et f. quod quedam bone voluntatis mulier de *Sto Clodoaldo*, Ermesendis nomine, uxor Rotgerii, cum ad mortem, que cunctis debetur mortalibus, venisset, dedit *æcclesiæ Bti Martini de Campis* tres arpennos vinearum pro redemptione animæ suæ, concedente viro suo predicto, videlicet Rogerio ; sed medietatem earum vinearum isdem Rogerius sibi retinuit, redditurus eam Bto Martino, cum rebus humanis excesserit. Et ut hoc donum fir-

(b) *Pagus* a ici le sens de « terroir ».

mius stare posset, idem Rogerius post mortem conjugis, ad æcclesiam Sti Martini venit, et prius in capitulo coram monachis donum quod uxor ejus fecerat, firmavit, et post super altare Sti Martini manu sua posuit, audientibus et videntibus his testibus : Helgoto et Herluino filio ejus ; Joscelotо carpentario, Teobaldo fabro, Rotgerio filio Walterii, Drogone nepote Helgoti ; Erenberto fabro ; Terrico de Basochis, Raulino, Bernardo hospitali.

Hoc autem notandum est quod idem Rogerius de sua medietate solvit Sancto Martino semimodium vini pro recognitione. Vinee autem de quibus loquimur, in villa que *Clamart* dicitur (30), consistere videntur.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 30', n° 65.

28. — *Hugues* (de Crépy) *approuve, ainsi que Hubert du Petit-Pont, des dons de vignes faits à Clamart, dans leur fief ou leur dîmage.*

Notum fieri volumus filiis sanctæ æcclesiæ quod Petrus de septem arpennis vinearum quos *æcclesia Sancti Martini de Campis* dederat Lethericus, quatuor eidem æcclesiæ concessit, et super altare donum posuit ; quod et concessit Hugo cui competebant jure hereditario. Tres retinuit, redditurus æcclesiæ cum voluntatem sibi Deus dederit.

Hujus rei testes extitit Hubertus de Parvo Ponte qui in eadem æcclesia eodemque momento dedit æcclesiæ Beati Martini decimam ipsarum vinearum, aliarumque que in sua terra sunt apud *Clamart* (30), concedente ipso Petro, et Hugone de quorum erat beneficio.

Hujus rei testes sunt Walterius major et fratres ejus Teudo et Warinus (36), Hilgotus et Herleboldus servi æcclesiæ, Teobaldus faber, Stephanus custos equorum, Ingelbertus de Villa Judea (32).

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 6, n° 12.

29. — *Gui le Rouge, fils de Gui de Montlhéry, renonce à tous ses droits sur les possessions de Saint-Martin à Clamart ; le prieur Ourson lui présente deux palefrois et donne à sa femme Elisabeth 40 sols.*

Notum volo fieri omnibus Xristi fidelibus quod WIDO, filius WIDONIS DE LEUTERIOMONTE (74), omni conditione remota, dedit *æcclesiæ Beati* [Petri] *Cluniacensis* et *æcclesiæ Beati Martini de Campis* quicquid habebat in villa que vocatur *Clamart*. Inde dederunt sibi *prior*, domnus URSUS, qui tunc temporis erat, et alii seniores, duos palefredos et uxori suæ HELISABET quadraginta solidos.

Hujus rei sunt [testes] : PAGANUS DE MONTEGAIO (241), WALTERIUS TUSARDUS, HUGO BURDELLUS, HUGO DE MONTE LUGDUNO, WILLELMUS DE ASNERIIS, HENRICUS LOTARIENSIS (75), WARNERIUS

---

(74) L'auteur de cette donation est une personnalité notoire du règne de Philippe Ier. C'est Gui le Rouge fils de Gui le Grand de Montlhéry ; son père assistait Henri Ier en 1059 lorsqu'il dota solennellement la collégiale de St-Martin-des-Champs (n° **7**) et Philippe Ier lorsqu'en 1067 il en confirma l'établissement (n° **12**). Lui-même intervint fréquemment pour faciliter et approuver les donations de ses vassaux au prieuré clunisien. On le rencontrera plus loin avec le titre de *comte*, accompagné parfois du surnom *de Rochefort* : « Wido comes » ou « Wido comes *de Rupeforti* ». Il mourut en 1107.

Élisabeth, sa seconde femme, s'identifie avec « Isabeldis, comitissa *de Creciaco castro* » qui, veuve de Bouchard II de Corbeil, assista à la première messe célébrée par saint Gautier, abbé-fondateur de St-Martin-de-Pontoise, sur l'autel de St-Nicolas de Morcerf (*Cartul. de St-M. de P.*, p. 10, n° XI). Le récent mémoire de M. Estournet sur *Bouchard II, comte de Corbeil* dans les publications de la Société du Gâtinais, a précisé ce point. L'une des filles d'Élisabeth, Béatrix de Pierrefonds, fut aussi bienfaitrice de St-Martin-des-Champs.

(75) *Henri Loherenc* ou *Lorrain* fut reconnu gentilhomme (*ingenuus*) par un jugement de la cour royale. Conseiller de Louis VI, il en reçut, en 1112, les terres d'Aubervilliers, Triel, Mons, Villeneuve, Ablon, la maîtrise des criées du vin à Paris, et d'autres privilèges (R. de Lasteyrie, *Cartul. gén. de Paris*, t. I, p. 151 ; Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 136). — En 1117 Louis VI rappelle, au sujet de la chapelle St-Georges de Champeaux, dépendant de St-Magloire, que « *Henricus Lotharingus, fidelis noster*, predicte capelle reparator et, quibuscumque modis valet, benignus auxiliator, ad capsam in qua corpus B. Maglorii requiescit superargentendam (que propter matris ecclesie necessitatem ex omnium assensu fratrum, fuit disparata et detecta), XII marchas argenti, et ad usus fratrum I torcular apud Karronam (Charonne) villam et quicquid habebat in vadimonium super II thuribula argentea et calicem argenteum ejusdem ecclesie dedit. » (Ms. l. 5413, fol. 7).

GARNERII filius (134), WARNERIUS DE SANCTO DIONYSIO, MILO DE FONTIBUS, GIRELMUS pincerna episcopi, WALTERIUS major, WARINUS frater ejus, TEUDO frater ejus (36), HAIMO faber, HERLEBOLDUS, JOHANNES filius BERNARDI, MALGERIUS, WALTERIUS, ODO AD-BARBAM, HENRICUS AD-BARBAM.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 11, n° 25.

30. — *Ratbod, évêque de Noyon, ayant reçu l'église de Cappy des mains de Robert de Péronne, la donne à Cluny.*

(Noyon, 5 avril-4 août 1086)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego RATBODUS, indignus *Noviomorum episcopus*, notum volo fieri quibusque fidelibus, altare de *Capi* (76), tum Dei timore, tum monachorum interventu, me de manu RODBERTI PERONENSIS et heredum ejus (77) quibus ex beneficio contingebat, recepisse, et *æcclesiæ Sancti Petri Cluniacensis* ad remissionem peccatorum meorum, assentiente, inmo precante clero Sancte Marie, perpetim habendum concessi, ea videlicet

(76) Cappy, ca. Bray, ar. Péronne (Somme). — La communauté de Cluny attribua cet autel à St-Martin-des-Champs qui y constitua un prieuré.

(77) Un domaine royal à Cappy fit partie de la dotation que, par un diplôme du 5 mai 877, Charles le Chauve constitua pour la collégiale de St-Corneille de Compiègne. En 1092, Eudes, fils de Robert, « très chrétien prince de Péronne, héritier et successeur des « princes » pervers et superbes qui, abusant de la patience de Dieu, s'étaient emparés des biens de l'Église (après les invasions des Normands), apprend, en visitant Cappy, qu'un territoire de cette paroisse se nomme par tradition « les champs de saint Corneille ». Élevé dans le respect et le culte du saint (comme issu, par les Vermandois, de Pépin comte de Senlis, cousin germain de Charles le Chauve), Eudes se rend à la basilique de Compiègne, et prend connaissance des chartes de dotation. Il reconnaît l'usurpation de ses aïeux, et obtient leur absolution rétrospective en restituant aux chanoines une partie de l'aleu donné par Charles le Chauve, que le chapitre lui rend à son tour, moyennant un cens perpétuel de douze sols par an. Eudes, sa femme Lucie, les châtelains Eudes II de Ham, Effroi III et Roricon d'Encre, souscrivirent cet acte passé à Péronne, avec plusieurs membres du chapitre de St-Fursy, le doyen André, le trésorier Étienne, le chancelier Gillain, le chantre Foulques.

(Chanoine Morel, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Corneille de Compiègne*, 1904, t. Ier, n° I, pp. 1-6, et n° XVIII, pp. 44-46.)

ratione ut sacerdos inibi serviens suscepte cure animarum reddat rationem et mihi, meisque ministris, debitam solvat consuetudinem. Quod si congregatio ibidem, Deo disponente, provenerit [culpas poterit em]endare in potestate sui abbatis; si autem [abbas seu prior] negligenter egerit, tum ad *episcopum Noviomensem* [correctio monachorum] redundabit. Ut autem cyrographum istud [futuris temporibus firmius] existat, circumadstantium subnotavimus [nomina. S. RATBODI episcopi, S. GEREL]MI decani. S. BALDRICI archidiaconi. [S. WALCHERI thesaurarii. S. ODMUNDI] prepositi. S. WIDONIS cancellarii. S. HI[VONIS (*a*) castellani.] S. Roberti. S. Gosberti.

Actum *Noviomi* anno Incarnationis Dominice M. LXXXVI, indictione VIIII, regnante rege Philippo anno XXVI (*b*), domno RATBODO episcopante anno XVIIII.

A. Orig. rongé, K 20, n° 6[5]. Traces de sceau plaqué. (Les parties de texte détruites suppléées d'après *B*). — *B*. Copie de 1133, *Liber Testamentorum*, fol. 83. — *C*. Copie du XVIe s., LL 1363, fol. 91.
Ed. Marrier, *Monast. S. M. de C. hist.*, p. 340.
Ind. Tardif, *Mon. hist., Cartons des rois*, n° 302. Bruel, *Chartes de Cluny*, t. IV, p. 775, n° 3613.

31. — *L'évêque Geofroi de Paris, avec l'assentiment d'Ives de Mello, archidiacre de Brie, concède à St-Martin l'autel de Marolles à la prière de l'archidiacre de Parisis, Dreux, qui le tenait en bénéfice.*

(Vers 1087)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Cum in laboribus et oprobriis hujus seculi, Xristi fidelibus parata sunt infinitus honor et requies; et egentibus communicare, summa et inaudita jocunditate felices, imo absolutos solicitudine egere cum Xristo eos faciat gloriosos et divites; providendum est Utilitati nostre in hoc exilio

(*a*) *B* Ivonis.
(*b*) *B* anno XXV.

lacrimarum, ut ipsa Karitate que Deus est, ducamur ad patriam Supernorum in qua, cum ipso, regnemus in omnium plenitudine gaudiorum. Placere ergo Karitati Humilitas nostra non differat, et necessaria petentibus habundans misericordia manum benedictionis non retrahat. Nos itaque patriam nostram tenui licet imagine somniantes ad eam tamen modicum quantulumcumque suspiramus ; etsi in multis delinquimus, non tamen de Dei misericordia desperamus. Ego igitur Godefridus (*a*), Dei gratia *Parisiorum episcopus* (18), monachis *Cluniacensibus* apud *Stum Martinum de Campis* Domino servientibus, dum ibi quidem Cluniacæ religionis ordo servabatur, altare (*b*) *Maierolis* ville (78) cum his que ad altare pertinent, perpetuo jure tenenda (*c*) concedo, deprecante Drogone *archidiacono*, in cujus tenore altare illud tunc habebatur (79); annuente etiam Ivone archidiacono, in cujus archidiaconatu altare illud consistit. Ita quidem dumtaxat ut quam in ecclesia Sti Martini subjectionem habemus, eandem nobis in ecclesia supradicte ville, preter cardinalis presbiteri in festis diebus officium, retinemus. De synodo autem et circada et de cura animarum parochiano presbitero a nobis commissa, et de ceteris omnibus ad curam animarum pertinentibus, nichil ad presens quantum ad jus ecclesiasticum attinet, relaxamus (*d*).

Et ut hec karta firmior habeatur, manibus clericorum nostrorum firmandam tradidimus (*e*).

S. Goisfredi, *Parisiorum episcopi* (18). S. Johannis decani. S. Drogonis archidiaconi. S. Joscelini archidiaconi. S. Ivonis archidiaconi. S. Waleranni cantoris. S. Walterii sacerdotis. S. Ro-

---

a) *F* Guocfridus. — (*b*) *D* Mairolis. — (*c*) *B* tenda.

78. Marolles-en-Brie, ca. Boissy-St-Léger, ar. Corbeil, qu'il faut se garder de confondre avec une localité portant les mêmes nom et surnom, et située dans le canton de la Ferté-Gaucher, ar. de Coulommiers (S.-et-M.).

79. Dreux, archidiacre du Parisis, était seigneur féodal de Marolles. Nous retrouverons l'archidiacre de Brie, Dreux II de Mello, possesseur de cette seigneurie en 1117.

(*d*) Ici s'arrête *D*.

(*e*) Ici s'arrête *C*.

berti sacerdotis. S. Rogerii sacerdotis. S. Haimonis diaconi. S. Radulfi diaconi. S. Henrici diaconi. S. Alberici diaconi. S. Odonis subdiaconi. S. Hugonis subdiaconi. S. Otlandi subdiaconi. S. Goisfridi subdiaconi. S. Widonis pueri. S. Walterii pueri. S. Willelmi pueri.

WLGRINUS cancellarius scripsit (*f*).

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 80. — *C*. Copie du XII[e] s., *Liber Testamentorum*, fol. 52', n° 114. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 36, non collationnée. — *E*. Copie du XVI[e] s., LL 1353, fol. 36. — *F*. Copie du XVI[e] s., Arch. de S.-et-O. A 1110, 1 bis (extrait). — *G*. Copie du XVIII[e] s., ms. fr. 15504, fol. 53-54 (s'arrêtant à « relaxamus »).

Edit., Marrier, *Monasterii S. M. historia*, p. 363.

31 *bis*. — *Le pape Urbain II confirme l'abbaye de Cluny dans ses privilèges, ses possessions et ses dépendances, comprenant St-Martin-des-Champs, et confère à l'abbé Hugues l'usage, à cinq solennités principales de l'année, des ornements épiscopaux : la mitre, la dalmatique, les gants et les sandales.*

Acte faux (*a*) Extrait (1[er] novembre 1088).

URBANUS episcopus, servus servorum Dei, HUGONI sanctissimo

(*f*) La date proposée résulte de la comparaison de l'effectif du chapitre avec celui qu'on rencontrera dans la charte du même prélat en 1089. Dans l'intervalle, le diacre Haimon fut promu à la prêtrise ; mais Eudes, Olland, Hugues, sont restés sous-diacres ; Gui, Gautier et Guillaume, acolytes. Tous les dignitaires nommés sont les mêmes dans les deux actes.

(*a*) La simple inspection du préambule, où le Pape qualifie Hugues, de son vivant, « sanctissimus abbas », suffit pour juger de la valeur de ce document. La souscription est non moins insolite. La qualification donnée au diacre Jean ne se rencontre (avec une variante, *praesignatoris* au lieu de *prosignatoris*) que dans une bulle non moins apocryphe, investissant l'évêque de Maguelonne (Montpellier) du comté de Substantion (Migne, loc. cit., n° 10). Partout ailleurs la formule est : « Datum... per manus Johannis, sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinalis,... anno Dominice Incarnationis..., pontificatus autem domni Urbani pape II... » Le nom du pape n'est jamais répété.

Il existe à la Bibliothèque nationale (Orig. 151 ; copie ancienne, coll. Baluze, vol. 380) une autre bulle souvent imprimée, du 15 mars 1095 (*Bibliotheca Cluniacensis*, col. 516-518 ; Migne, *Patr. lat.*, t. 151, p. 215 ; cf. Jaffé-Wattenbach, n° 5551 (4157), t. I, p. 578, et Bruel, *Chartes de Cluny*, t. V, p. 41, n° 3687), adres-

abbati Cluniacensi, ejusque successoribus in perpetuum. Cum omnibus sanctæ filiis Ecclesiæ, etc.

... Quidquid igitur libertatis, quidquid inmunitatis, quidquid auctoritatis tibi, tuisque successoribus, tuoque cœnobio, per antecessorum nostrorum privilegia concessum fuisse constat, nos quoque hujus notri decreti pagina conferimus, tradimus, confirmamus. Hoc insuper adjicientes, ut monasterium Sanctæ Mariæ de Charitate, *Monasterium Sancti Martini de Campis* apud *Parisios*, monasterium Sancti Dionysii apud Nungentum, Sanctæ Mariæ de Nazara, Sancti Gervasii de Exis, Sanctæ Mariæ de Arulis, Sancti Petri de Camporotundo, Sancti Genesii in Elnensi episcopatu, Sancti Pauli in Valle-olei, Sanctæ Mariæ de Cubaria, Sanctæ Mariæ de Salella, Sanctæ Mariæ de Tolosa, Sanctæ Trinitatis in Marciniaco quod tu in alodio proprio ædificasti, nunquam tuo tuorumque successorum regimini ordinatione subtrahantur.

. . . .

Datum Romæ per manum Joannis diaconi sanctæ Romanæ ecclesiæ, prosignatoris domni Urbani II papæ, Kal. Novemb., indict. xi, anno Dominicæ Incarnationis 1088, pontificatus vero ejusdem domni Urbani papæ primo.

A. Original. B. N. Chartes de Cluny, 51 A. (*b*).
Edit. a. Marrier et Du Chesne, *Bibliotheca Cluniacensis*, col. 514. — *b. Bul-*

---

sée par Urbain II « reverendissimo fratri Hugoni monasterii Cluniacensis abbati » correctement expédiée « per manum Johannis sanctæ Romanæ ecclesiæ diaconi cardinalis » où sont confirmés à l'ordre de Cluny un grand nombre de prieurés. Dans l'énumération figurent deux églises du Beauvaisis : Saint-Leu (d'Esserent) et Saint-Christophe (en Halatte) ; une du Meldois, N.-D. de Nanteuil ; une de l'Amiénois, Saint-Pierre de Lihons; une du Soissonnais, Saint-Pierre de Cuissy; deux du Parisis : N.-D. de Longpont et Aulnay-lès-Boudy (*in Parisiensi ecclesiæ Sancte Marie de Longoponte, de Alnes*). Il n'y est pas dit un mot de Saint-Martin-des-Champs. Une si grave omission rend à son tour cet instrument quelque peu suspect. Urbain II étant à Cluny, dont il consacra la nouvelle église le 25 novembre 1095, accorda le 18 de ce mois une bulle confirmative qui n'a pas été conservée ou n'a peut-être pas été expédiée, mais dont l'obtention est constatée par un document clunisien (*De adventu Urbani pape* : Baluze, *Miscellanea*, I, 126 ; cf. Jaffé-Wattenbach, t. I, p. 681).

(*b*) « Cette pièce est une copie du XIII[e] s., mais elle est accompagnée d'une

larium Cluniacense, p. 22, col. 2. — c. Migne, *Patrologia latina*, t. 151, p. 291, n° 9.

Ind. Jaffé-Wattenbach, *Regesta Pontificum Romanorum*, t. I, p. 660, n° 5372 (4025), — Bruel, *Chartes de Cluny*, t. IV, p. 800, n° 3632.

32. — *Geofroi, évêque de Paris et l'archidiacre Dreux concèdent à Cluny et à Saint-Martin-des-Champs l'autel de Bondy, village donné par Henri Ier à St-Martin.*

(Paris, 1er janvier *ou* 16 avril — 4 août 1088)

In nomine summe et individue Trinitatis. Divinarum auctoritate Scripturarum informamur ut, dum tempus habemus, bonum ad omnes, maxime vero ad domesticos fidei operemur, et peccamina ac iniquitates nostras elemosinis redimentes, « amicos et receptores in eterna tabernacula », juxta illud Evangelicum, « de his que relinquenda indigne possidemus, nobis faciamus ». Qui vero fideliores amici ac veriores pauperes, seu ad interpellandum Deum familiariores, quam hii qui instar Apostolorum, omnibus exuti, pauperem Xpistum et ipse pauperes sunt secuti, ac pro amore celestis Patrie dura obediencie onera laturi, alterius jugo se summiserunt, religiosi scilicet ac catholici monachi? Quisquis ergo in multis se meminit deliquisse, studeat necesse esse illis prodesse et auxiliari, quorum merita sibi credit in ipso districto examine suffragari. Hec itaque et hujusmodi ego Goisfridus, Dei gratia *Parisiorum episcopus* (18), ad me pertractans, notum fieri volo omnibus tam presentibus quam futuris quoniam confratrum ac amicorum nostrorum monachorum *Cluniacensium* in *ecclesia Beati Martini prope Parisius* sita, Deo famulantium, exemplo ac petitione provo-

---

charte d'Antelme, archevêque de Patras, et d'Amédée, évêque de Maurienne, encore scellée du sceau du premier de ces prélats et datée du 28 août 1238, pour confirmer l'authenticité de la bulle d'Urbain II. Cette copie, dont l'encre est fort pâle et effacée, ne nous a donné aucune variante » (Bruel, n° 3632). — Antelme de Patras est l'archevêque A..., nommé en 1207, et dont le successeur Bernard est cité en 1243. Amédée III de Miribel fut évêque de Maurienne le 29 mars 1236 et mourut le 19 janvier 1256 (Gams, *Series episcoporum*, pp. 430, 830).

catus, dono Deo et ipsi predicte ecclesiæ que vocatur *de Campis*, fratribusque ibidem Deo servientibus, altare quoddam quod fuerat mei juris, cum atrio et his omnibus que ad ipsum altare pertinent, in villa quadam *Bungeias* nomine (14), que villa ex largitione pie memorie excellentissimi *regis Francorum* Henrici, qui ipsam predictam ecclesiam honorifice restauravit, cum multis aliis donariis, ipsi ecclesie primum tradita fuerat. Hoc, inquam, altare, cum omnibus reditibus et redibitionibus ejus, dono, liberum concedo et transfundo predicte ecclesie, ipsisque fratribus Cluniacensibus perpetuo jure tenendum et possidendum, nullo michi vel successoribus meis inibi jure retento, preter sinodum ac circadam, et curam animarum parrochiano presbitero a nobis commissam. Hoc idem facio et ego Drogo archidiaconus, in cujus archidiaconatu ipsum altare habetur, et ad cujus manum tercia pars omnium redituum ipsius altaris tunc pertinebat, omnia videlicet supramemorata predicte ecclesie donando et concedendo, laudantibus quoque et annuentibus omnibus canonicis, tam prepositis quam inferioris ordinis, *ecclesie Beate Marie Parisiensis*. Et ut hoc donum stabile et inconcussum permaneat, hanc cartam in qua, me precipiente, hec omnia scripta sunt, sigillo meo subtersignavi ego ipse episcopus Goisfridus, ac Drogo archidiaconus, omnesque prepositi ac clerici mei manufirmatam ac signis ac nominibus nostris subterscriptam, cum plurimis aliis tam clericorum quam laicorum, autenticis personis corroboravimus. Quod si quis hec calumpniari et contra facere, — quod absit et quod minime credimus, — presumpserit, sciat se perpetuo anathemati subjacere, atque in gehennalibus penis cum Juda proditore torquendum qui ea qui egenis mittebantur legitur surripuisse.

Actum *Parisius*, publice in *capitulo Sancte Marie Parisiensis*, anno ab Incarnatione Domini M° octogesimo octavo, regnante Philippo, *Francorum rege*, anno xx° viii°, Goisfredo vero Parisiorum episcopo anno xxvii, indictione quoque x^a^. Signum Goisfredi, *Parisiorum episcopi* (18). S. Johannis decani. S. Joscelini archidiaconi. S. Walterii sacerdotis. S. Goderanni sacerdotis. S. Walterii canonici et *Meldensis episcopi*. S. Ivonis archidiaconi. S. Rotberti sacer-

dotis. S. Rogerii sacerdotis. S. Haimonis sacerdotis. S. Radulfi diaconi. S. Arnulfi diaconi. S. Bernardi diaconi. S. Drogonis archidiaconi. S. Waleranni precentoris. S. Odonis subdiaconi. S. Rainaldi subdiaconi. S. Ollandi subdiaconi. S. Isembardi subdiaconi. S. Hugonis subdiaconi. S. Guidonis pueri. S. Walterii pueri. S. Wilelmi pueri.

Hii quoque sunt testes qui interfuerunt : Lisiardus, *decanus Ste Genovefe*, Wido de Kala, Hugo filius Frederici, Fulco monetarius, Walterius de Nusiaco major, Ebrardus decanus de *Nusiaco*, Walterius major de hac villa (*a*), Warinus frater ejus, Theo frater ejus, Alermus major de *Aneto*, Hugo de Aneto, Engelardus de Sancto-Marcello, Hilgodus de Sancto-Marcello, Durannus decanus de *Bungeia*, Walbertus de Bungeias, Walbertus frater ejus, Archembaldus de Bungeias, Hubertus frater Ebrardi, Helleboldus, Poncius filius Ebrardi de Nusiaco, Malgerius.

Wlgrinus cancellarius scripsit.

A. Orig. K 20, n° 6[7]. — *B*. Copie de 1133, *Liber Testamentorum*, fol. 67, n° 103. — *C*. Copie du XIIe siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 51, n° 119, incomplète des notes chronologiques. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, collationnée par D. Marrier « ex ipsissimo authographo, ex quo vetustate sigillum olim adfixum, non adpendens, cecidit », et complétée des passages omis par le copiste. — *E*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 361.
Edit. Marrier, *Monasterii S. Martini... historia*, p. 472.
Ind. Tardif, *Monuments historiques, Cartons des rois*, n° 307.

33. — *Gui, comte de Ponthieu, et sa femme Adèle, donnent pour le repos éternel de leur fils Enguerran, trente muids de sel chaud, équivalant à 24 muids de sel froid, à prendre sur quinze concessions.*

(1079-1089)

Notum fieri volumus Xristi fidelibus quod Wido *comes Pontivensis* (80) et uxor ejus Adila comitissa, pro animarum suarum et

(*a*) Le scribe a commis ici un double emploi.
80. Gui succéda à son frère aîné Enguerran, qui était encore comte le 20 novembre 1052. En 1088 Gui était dans la 36e année de son gouvernement

filii sui Ingelranni redemptione, antecessorumque suorum, dederunt in perpetuum *ecclesiæ Beati Martini de Campis* in unoquoque anno xxx modios calidi salis, qui equiparantur xxiiii^or modiis frigidi salis.

Hujus rei testes sunt : Rotbertus de Ailli (81), Ivo castellanus (82), Ingelrannus de Mortuomari (83), Simon filius Rogonis (81), Godardus botelarius, Rainardus frater ejus (84), Walterius, Vinmarius, Grimaudus.

Debitores salis sunt hi : Adam, duos modios. Walterius Turoldus, duos modios. Bernardus filius Bernardi, duos modios. Arnulfus Ricuciendus, duos modios. Rainerius filius Semandi, duos modios. Arnulfus filius Arnulfi, duos modios. Odo filius Herberti, duos modios. Hiliunus filius Benedicti, duos modios. Winoldus Peregrinus, duos modios. Innatis, duos modios. Karesendis, duos modios. Wlgerus, duos modios. Dodolinus, duos modios. Radulfus Mutus, duos modios. Gislebertus de Bellacalcia, duos modios.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 16, n° 35.

(Hariulf, IV, 21, 36). Adèle ou Ade, sa femme, est citée dans un acte de 1100 (Coll. Baluze, XL, 263). Enguerran, fils de Gui et d'Adèle, mourut avant ses parents. Issu de Gila, fille de Hugues Capet, Gui, cousin du jeune Louis VI, fut choisi pour l'armer chevalier.

81. Robert d'Ailly-le-Haut-Clocher (ar. Abbeville) souscrivit en 1079 le diplôme de Philippe Ier unissant à Cluny Saint-Martin-des-Champs. — Rorgon était châtelain d'Abbeville (Coll. Duchesne, XLIX, 127).

82. Ives II, châtelain de Ham, déjà cité en 1058, était remplacé dès mars 1090 par Eudes II, son fils (Coll. Moreau, XXXV, 206).

83. Mortemer, ca. Ressons, ar. Compiègne.

84. Gohard et son frère Rainard sont connus comme appartenant à la chevalerie d'Etampes. Gohard, fils de Rohard et bouteiller de Philippe Ier, eut pour fils Vougrin, chambellan de ce prince qui se fit moine à Morigny. Ils portaient le surnom de Le Riche (Depoin, *La Chevalerie étampoise*, 1911 ; tir. à p. du *Bulletin de la Soc. historique de Corbeil*).

34. — *Un des chevaliers du comte de Ponthieu, Nicolas de Waben, donne à Saint-Martin dix muids de sel et deux réserves de poisson.*

(1079-1089) (*a*)

Notum sit matris Aecclesie filiis p. et f. quod quidam miles optimus de *Gabaenno* (85), Nicholaus nomine, ad *Stum Martinum de Campis* quadam die cum venisset, dedit ejusdem confessoris æcclesiæ et senioribus loci, pro redemptione anime, et conjugis atque filiorum suorum, decem modios salis et duas aquarias piscium omnibus annis sine contradictione aut calumpnia alicujus hominis. Pro hujus elemosine recompensatione susceptus est predictus Nicholaus in societate et orationibus seniorum in capitulo, coram omnibus qui aderant. Et quamvis uxor ejus et filii absentes essent, tamen a priore et ceteris in societate æcclesiæ recepti sunt. Nam et donum concessit Oda uxor ejus et Walterius filius ejus, et Hugo frater illius.

Hujus rei testes sunt : Sievoldus de Guabenno, et frater ejus Radulfus; Wascelinus vicecomes filius Herardi, Engelboldus filius Tegerii, Walterius filius Dudilonis, Goszo de Erone, Arnulfus clericus. [Quando] hoc donum laudavit et concessit Wido *comes de Punteio* (80) : Antelmus filius Wascelini, Rotgerius homo Wascelini vicecomitis.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 23, n° 49.

35. — *Le chevalier Gui de Senlis, fils de Landri, et sa femme Berthe, donnent trois arpents de terre à Survilliers et un champ à Pantin.*

(1082-1089)

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quoniam Wido

85. Waben, ca. Montreuil-sur-Mer, Pas-de-Calais.
(*a*). Il est vraisemblable que cette donation fut inspirée par la libéralité du comte Gui envers Saint-Martin-des-Champs.

miles de civitate que dicitur *Silvanectis*, qui etiam filius LANDRICI et HERMENGARDIS extitit, et cognominatus est (86), ejusque uxor nomine BERTA, dederunt pro remedio animarum suarum atque parentum suorum Deo, sanctisque apostolis Petro et Paulo, et *æcclesiæ Sti Martini prope Parisius* sitæ, que etiam vocatur *de Campis*, fratribusque ibidem Deo servientibus, tres arpennos terræ in loco qui dicitur ad *Sordidam villam* (87) in territorio scilicet *Silvanectensi*, et unum campum in territorio *Parisiensi* circa locum qui nominatur *Pentinus* (26).

Hoc donum fecit predictus Wido cum prefata uxore suæ Berta *Parisius* senioribus et monachis predicte æcclesiæ; et posuit super altare.

Postea vero, ipso defuncto, uxor ejus BERTA ipsum donum recognovit et confirmavit, apud *Sanctum-Dionisium*, concedentibus et laudantibus quodam FULBERTO cum filiis suis Fulberto et Vitale, qui illud prius calumniabantur.

Hujus rei testes sunt isti : JOHANNES DE CORNULONGO, et filius ejus miles, nomine GOISFRIDUS ; Herveus, Odardus ; AIMARDUS et ODARDUS DE SANAVILLA, et Ascelinus vicarius, ARNULFUS DE VICIS, RADULFUS CALVUS, Flobertus, BURDINUS DE SANAVILLA, ROTGERIUS DE SPIEIS (88) ; ego quoque AMICUS clericus, qui horum testium nomina adnotavi.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 14, n° 28.

---

86. Sur Gui, fils de Landri, cf. Depoin, Appendices au *Cartul. de St-Martin de Pontoise*, p. 280. — Berthe, femme de Gui, est la mère de Robert, cité n° **36** comme possédant l'autel de Survilliers, qu'il tenait en fief du vidame Robert II, son oncle maternel sans doute. — Nous cataloguons ce vidame « Robert II » pour le distinguer de Robert I, cité le 12 juin 1068 comme témoin d'un diplôme de Philippe Ier.

87. Survilliers, ca. Luzarches, arr. Pontoise (Seine-et-Oise).

88. Epiais-les-Louvres, ca. Luzarches, arr. Pontoise. — Le surnom *de Cornulongo* doit se traduire par Cornillon ; c'est le nom d'un fief qui a disparu après la guerre de Cent ans.

36. — *Concession à St-Martin de l'autel de Survilliers par l'évêque Ours de Senlis, à la demande du vidame Robert II et sur les instances de Robert* [de Senlis], *fils de Berthe. Adhésion de Robert, fils du vidame.*

(1082-1089)

Quia mundus occiduus est, ea que in eo sunt occidua, utile visum fuit patribus cartulis inscribere que donantur sancte Aecclesiæ, ne amittantur incuria et oblivione. Notum igitur fieri volumus Xristi fidelibus f. et p. quod Ursus, *Silvanectensis episcopus* (89) a domno Ursione *priore de Campis* exoratus, concessit *æcclesiæ Sti Martini de Campis* altare de *Sordida villa* (87), et terciam partem capsi, et atrium, coram clericis suis et laicis quamplurimis; qui, pro uncia auri quam inde habere voluit, xx solidos habuit (206). Quorum testium nomina scripta sunt in subsequenti.

De clericis testis est Letoldus archidiaconus (89); Fulco qui postea *æcclesiæ Parisiensis* decanus effectus est (90) ; Hugo Gloriosus postea episcopus (89) ; Rodulfus Rufus, Odo filius Herberti, Walterius, Hugo filius Guidonis.

De laicis vero : Baldricus serviens ipsius episcopi, Odo Pertusiens-Utrem (91) ; Hermerus de Vitella (27), Arnulfus manens, Burdinus de Liencurte, Balduinus de Plexato (92), Paganus

---

89. Ours, évêque de Senlis, avait succédé dès 1082 à Ives II, mort en 1079 ; il mourut lui-même en 1093, et fut remplacé par Hugues, un des témoins de cette charte, qui eut à son tour pour successeur l'archidiacre Létaud (1095-1099). — On voit par la mention relative à Hugues, et qui n'est pas répétée pour Létaud, que la notice fut rédigée entre 1093 et 1095.

90. Foulques, chanoine de Senlis, avait succédé comme doyen de Paris, dès 1090, à Jehan du Grand-Pont, mort le 8 septembre 1089. Il fut élu évêque de Paris après Guillaume I (mort le 27 août 1102) et mourut le 8 avril 1105 (*Gallia*, VII, p. 54 et 144 ; Depoin, *Essai sur la chronologie des évêques de Paris*, p. 125 ; *Bulletin hist. et philol.*, 1906).

91. Eudes Percebot, dont les descendants homonymes furent les bienfaiteurs de St-Nicolas d'Acy, filiale de St-Martin, était chevalier, puisqu'on cite après lui son écuyer, Guérin. — En 1102 un acte passé à St-Arnoul de Crépy signale parmi les seigneurs du voisinage (*vicini oblimates qui affuerunt*) cet *Odo Percebut* (Coll. Moreau, XLI, 52.)

92. Le Plessis-Luzarches, ca. Luzarches, ar. Pontoise.

filius Aveline, Hescelinus venator, Warinus armiger ODONIS PERTUSIENTIS-UTREM (91), RODULFUS DE LIENCURTE (93); ODO DE GONISSA (94).

Hoc autem nec concessisset episcopus nisi a ROTBERTO vice domino (95) qui de his ab eo casatus erat, fuisset exoratus. Quod Rotbertus libenter fecit, et coram episcopo et supradictis testibus predicte æcclesiæ Sti Martini concessit; unde XL et V° solidos habuit.

Hoc et ROTBERTUS filius ejus concessit, et V° solidos habuit.

Hujus autem doni primus dator fuit ROTBERTUS filius BERTE (86) pro redemptione anime sue, cujus industria et labore, ut diximus, illud concesserunt episcopus et ROTBERTUS et filius ejus; et coram eis donum suum firmavit iste ROTBERTUS filius BERTE, et coram supradictis testibus.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 16', n° 36.

37. — *Legs de vignes à St-Martin par Téoud et Dode, sa femme.*

Notum sit fidelibus Dei quod TEOLDUS et DODA uxor ejus, post decessum suum dederunt æcclesiæ *Sti Martini de Campis* vineas, testibus existentibus Balduino, Rainaldo, Constabulo, Laurentio, Georgio, Oilardo, Helgodo, Walterio (36), Poncio, Odone, Ingelberto, Benedicto, Lanberto (*a*).

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 43', n° 98.

---

93. Liancourt, ar. Clermont (Oise).

94. Eudes de Gonesse, fils d'Heudiarde, bienfaitrice de St-Martin en 1094 (n° **50** *infrà*).

95. Robert II, vidame de Senlis et son fils Robert III, qui plus tard, sous l'évêque Létaud (1095-1099), donna à St-Martin l'église St-Nicolas d'Acy (n° **111**, *infrà*). Cf. note 86.

(*a*) Il est fort malaisé de préciser la date de cet acte, dont l'objet n'est pas localisé, ni les donateurs connus. Nous le plaçons ici, en raison des synchronismes des témoins et de l'absence de qualifications.

38. — *Le jour des obsèques d'Arrode de Montmorency, enterré à St-Martin-des-Champs, sa veuve Eudeline et son fils Aubri confirment le don de la terre de Montceleux, à Sevran, offerte par le défunt avec l'assentiment de Landri, son frère.*

(1083-1089)

Notum fieri volumus Xristi fidelibus f. et p. quod Arroldus de Montemaurentii (96) dedit *æcclesiæ Sti Martini de Campis*, in qua Deo deserviunt *Cluniacenses* monachi, apud *Cebrentum* terram que *Mons Zelosus* dicitur, cum omnibus appendiciis ejus (97), concedente Odelina uxore sua et Landrico fratre suo.

Hujus rei testes sunt : Rodulfus, miles ipsius Arroldi, Milo vernula ejus, Arroardus major ejus, Rotbertus filius ejus, Hainricus brito.

Die vero illo quo prefatus Arroldus apud *Stum Martinum* est tumulatus, donum quod fecerat Arroldus de terra quam supradiximus, concessit Albericus filius ejus et, ut supradiximus, Odelina et frater defuncti, Landricus.

Hujus rei testes sunt : Nanterus de Montegaio, Paganus frater ejus, a baptismate Arnulfus (241), Petrus Singularis (98). Ex

---

96. Arrode de Montmorency figure comme témoin dans la notice **24**, que nous avons proposé de fixer à l'année 1083 environ. La mort de ce seigneur se place dès lors après 1083 et probablement avant 1089, date où l'autel de Sevran fut donné aux moines de Cluny par l'évêque de Paris (Son frère Landri (*Landricus de Oomonte*) est cité seul dans la notice **83** vers 1098). Cependant la notice **90** peut le concerner, et dans ce cas, il aurait survécu à l'année 1096. Arrode de Montmorency était un chevalier banneret. Il laissa un fils nommé Aubri, qui doit être le père d'Arrode II (également chevalier d'après les termes d'une bulle d'Alexandre III en 1159), seigneur de *Chevrent* (Sevran). Étant devenu lépreux, celui-ci fut admis à l'hôpital St-Lazare, auquel il fit des libéralités de consentement de sa femme Richeud ; elles furent confirmées par Étienne, évêque de Paris, entre 1134 et 1142 (A. N. MM 210, n°° xxi et liii).

97. En marge : Cevran et Montceleux. Montceleux est une ferme sur le terroir de Sevran, ca. Gonesse, ar. Pontoise.

98. Pierre Sanglier, appelé ailleurs *Petrus Aper*. Sa sœur Agnès épousa Adebran de Sevran (n° **105** *infrà*). Pierre Sanglier fit une libéralité à St-Martin, de concert avec Adeline sa femme, et ses fils Simon et Pierre (n° **106**).

parte vero æcclesiæ : HERBERTUS DE AEVA (99), PAGANUS DE RIBARIA, Hilgotus et Drogo nepos ejus, servi æcclesiæ, Warinus et Otrannus frater ejus.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 30, n° 63.

39. — *Adebran, vassal de Guérin II de Paris, fils de Milon I, pour la terre de Sevran, au comté de Dammartin, la cède à Saint-Martin-des-Champs sous certaines réserves ; d'un commun accord, les parties nomment un maire, Thibaud, pour l'administrer ; la seigneurie et la justice demeurent aux moines, propriétaires du siège du domaine* (villa). *Consentement de Guérin II de Paris et de son fils Milon III. Approbation du comte Hugues de Dammartin, qui tenait Sevran en fief de l'évêché de Paris, comme* casatus.

(Vers 1089)

In nomine sanctæ et individuæ Trinitatis. Notum volo fieri sanctæ matris Aecclesiæ filiis quod HADEBRANNUS (98), divina inspiratione admonitus, dedit æcclesiæ [Sancti] Petri *Cluniacensis* et *æcclesiæ Sti Martini de Campis* totam villam que *Ceverencus* vocatur (97), cum suis appendiciis, determinatam tamen ut in subsequenti describemus paucis verbis : Altare et æcclesiam et atrium dedit supradicte æcclesiæ Sti Martini extra partem. Villam vero tali pacto ut dimidium redditum a priore et senioribus teneret in fedo sive in legibus, seu quibuslibet consuetudinibus. Major a priore et seniorioribus inibi constituetur, qui utrisque sub juramento faciet fidelitatem, suam unicuique redditurus medietatem. Sub manu prioris erit senioratus et justicia, ut illius cujus est villa. Supradictus Hadebrannus in qua parte ville elegerit, domum (*a*) in dominium sine censu seu aliqua consuetudine possidebit, in æcclesia archas seu alia vasa sine arcandio habebit.

99. Eve, ca. Nanteuil-le-Haudoin, arr. Senlis. *Morinus d'Eva* est témoin de la charte de Gautier d'Aulnay en 1079 (n° 61).
(*a*) Les mots suivants sont restés en blanc dans *C*.

Hoc concessum est a GAUFREDO tunc *Parisiensi episcopo* (18), et ab HUGONE comite DE DOMNOMARTINO (10), qui villam supradictam ex episcopi tenebat casamento.

Firmatum est etiam a GUARINO, MILONIS filio (17), qui eam tenebat a comite supradicto, in communi Sti Martini capitulo, et MILONE ejus filio, cum Hadebranno qui totum tenebat ab ipso Guarino. Hoc ordine ita prosecuto, WARINUS et filius ejus MILO cum Hadebranno, in communi Sti Martini æcclesia, donum posuerunt super altare dominicum, videntibus cunctis qui aderant, qui matris Aecclesiæ testes existant, ne eam injuriari permittant, que eos introducat in vitam æternam.

Hæc sunt autem nomina eorum qui in hac cartula scribi potuerunt, quos scribat in Libro viventium Scriptor ille beatus, qui scribebat in terra digito, oblata sibi muliere in adulterio deprehensa :

WALBERTUS DE BURRIACO ; RICHARDUS filius ejus ; RODULFUS nepos ejus (66) ; Lamelinus (*sic*) Roscelini ; Rotbertus de Canturane, Elinandus de Fai ; Tetbaldus filius Geheldis ; WIRRICUS MALUS-

100. Lisiard (*Lethardus, Lisiardus*) fils d'Ansoud III Le Riche et neveu de Milon Ier dont les biens confisqués servirent à doter St-Martin-des-Champs. Ses descendants prirent habituellement son prénom comme surnom patronymique. Son fils Ansoud V (*Ansoldus filius Lisiardi de Parisius*) donna à Longpont tout ce qu'il avait dans la dîme de Nozay (*Noerai*) et une terre à Villiers, hameau de Nozay (ca. Palaiseau, ar. Versailles) pour l'âme de son fils Guérin V (Ms. lat. 9968, nos 289, 290). Il est encore témoin d'une charte de Louis le Gros donnée en 1108 peu avant son avènement (Ib. n° 42). Son frère Guérin IV (*Garinus filius Letardi*) souscrit un diplôme du même roi pour St-Magloire en 1112 (Ms. l. 5413, fol. 10). Il eut trois fils, Manassé qui fit don à Longpont d'un clos à La Celle de St-Cloud ; Milon et Anseau, cités avec Pierre, curé de Marcoussis, leur oncle (Ms. l. 9968, n° 247). De Milon, fils d'Ansoud Lisiard, cité avant 1146 (A. N. LL 1024, fol. 74) sont issus les seigneurs de Courtry; de Milon fils de Guérin IV ceux de Marcoussis, vassaux des Courtry au XIIIe siècle (Ms. lat. 5466, p. 563). Milon de *Marcolciis* est contemporain du prieur Thibaud de Longpont vers 1154 (Ms. l. 9968, n° 46). Lisiard II, se croisant en 1201 (*Dominus Lestardus de Marchocies ad visitandum Domini sepulcrum iter arripuit)*, concéda à St-Wandrille des droits de pressurage sur des vignes du monastère ; ses frères Pierre et Hervé, *fratres jamdicti Lesiardi (sic)* y ajoutèrent le don d'une vigne dite *Vinea Letardi* (Gr. Cart. de St-Wandrille, arch. de la Seine-Inférieure; cf. Malte-Brun, *Hist. de Marcoussis*).

vicinus, Rodulfus frater ejus (70); Hubertus de Roseto (101); Hildigerius de Greva; Lisiardus filius Ansoldi Parisiensis (100). De famulis Sti Martini : Joscelinus, Rainaldus Ad-Barbam; Adelelmus Barbatus, Walterius de Buhulco (101).

Post transacto multo tempore, rationem habuit Hadebrannus cum priore et senioribus, ubi omnia recapitulata sunt, que superius diximus. Unde testes fuerunt hi : Rotbertus Stephani filius (154); Fulco monetarius; Walterius major, Warinus frater ejus (36); Herlebodus (*a*), Stephanus, Hugo de Aneto (13), Frotbertus frater ejus : Teobaldus major de *Cevrenco* (97); et multi alii quos non est necesse modo nominare.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 33, n° 72.
C. Copie du xve s., A. N. S 1362.
Edit. Marrier, *Monasterii S. Martini... historia*, p. 483.

40. — *Geofroi, évêque de Paris, concède à Saint-Martin quatre autels : Sevran et Noisy-le-Grand, du consentement de Hugues, comte de Dammartin, et de Guérin II et Milon III de Paris ; Champigny et Bobigny, du consentement des bénéficiers, l'archidiacre Josselin et le préchantre Galeran. Dreux de Mello, archidiacre de Paris, ayant dans son ressort Sevran et Bobigny ; Renaud de Chelles, archidiacre de Brie, ayant dans le sien Champigny et Noisy, donnent aussi leur assentiment.*

(30 novembre 1089 — 1er janvier *ou* 21 avril 1090)

Divinis Scripturarum auctoritatibus informamur, frequentius autem Apostoli monitis, quasi quadam manu sollicitudinis excitamur, ut, dum tempus habemus, bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei, operemur et, peccata nostra elemosinis redimentes, amicos et receptores nobis in eterna tabernacula faciamus. Quisquis ergo se multis meminit deliquisse, studeat necesse

---

101. Behoust, ca. Monfort-l'Amaury, ar. Rambouillet. — Rosay, ca. Mantes (S.-et-O.). Plus d'un Hubert de Rosay se rencontre dans le *Cartulaire de St-Père de Chartres*.

est illis prodesse, quorum precibus in districto examine non est timendum in manus Dei viventis incidere. Talibus autem humilitas nostra placere non differat, et necessaria petentibus habundans misericordia manum benedictionis non retrahat. Ego igitur GOSFRIDUS, gratia Dei *Parisiorum episcopus*, ante mentis oculos diem illum reducens, et periculum anime mee, hinc accusante conscientia, hinc non adeo defendente misericordia, metuens, monachis *Cluniacensibus*, apud *Sanctum Martinum de Campis* Deo servientibus, quatuor altaria et queque sunt ad ea pertinentia, donamus, nulloque nobis nostrisque successoribus in eis jure retento, preter synodum et circadam et ecclesiarum reconciliationem, curamque animarum parrochiano presbitero a nobis concessam, perpetuo jure possidenda concedimus : unum videlicet in villa que dicitur *Cevrannus* (97), aliud apud villam *Nociacum* (12), annuentibus comite DOMNIMARTINI HUGONE (10) et GUARINO, MILONIS filio, et MILONE GUARINI : hec enim duo altaria supradictus comes ex nostro, GUARINUS vero ex comitis possedit beneficio. Terciumque in villa que vocatur *Campiniacus* (25), quartum in ea que nuncupatur *Balbiniacus* (102) annuentibus JOSCELINO archidiacono et GUALERANNO cantore, quorum illud *Campiniaci* JOSCELINUS ex nostro, illud autem *Balbiniaci* GUALERANNUS habuit benefitio. Hoc etiam libenti animo concesserunt DROGO et RAINALDUS archidiaconi ; in DROGÔNIS enim archidiaconatu illa duo qui sunt *Cevranni* et *Balbiniaci*, in RAINALDI vero ea que sunt *Campiniaci* et *Nociaci* consistunt altaria. Ut autem hoc donum stabile inconvulsumque permaneat, cartam istam fieri precepimus, manuque propria firmavimus, manibusque canonicorum nostrorum firmandam tradidimus, nostroque sigillo subtersignavimus. Actum *Parisius*, in capitulo Sancte Marie, anno Incarnationis Dominice M° LXXXVIIII°, regnante PHILIPPO rege anno XXXI, GOFFRIDO vero *Parisiensi episcopo* XXX, indictione quoque XII. S. GOIFFREDI, *Parisiorum episcopi* (18). S. JOHANNIS decani. S. GUALERANNI precentoris. S. DROGONIS archidiaconi. S. Jos-

---

102. Bobigny, ca. Noisy-le-Sec, ar. Saint-Denis (Seine).

CELINI archidiaconi. S. RAINALDI archidiaconi. S. GUALTERI canonici et *episcopi Meldensis*. S. Fulconis sacerdotis. S. Goderanni sacerdotis. S. Rogerii sacerdotis. S. Bernardi levite. S. Haimonis levite. S. Arnulfi levite. S. Alberici levite. S. Odonis subdiaconi. S. Thevini subdiaconi. S. Isembardi subdiaconi. S. Widonis pueri. S. Guilelmi pueri. S. Gauteri pueri. S. Hugonis pueri.

WLGRINUS cancellarius scripsit (*a*).

A. Original perdu.
B. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 81.
C. Copie du XIIe s. (extrait sommaire), ib., fol. 62-65, n° 133.
Edit. Marrier, *Monasterii S. Martini... historia*, p. 486.

41. — *Manassé de Pomponne, Ansoud son fils aîné et ses autres fils renoncent à leurs revendications sur l'autel de Noisy-le-Grand.*

Notum fieri volo omnibus Xristi fidelibus quod MANASES DE PUNPONA (103) et ANSOLDUS filius ejus, cum ceteris filiis suis, quod in *altare Noisiacensi* calumniabant, *æcclesiæ Sti Martini de Campis* concedunt in dominium, in perpetuum, pro animarum suarum

Quam omnium commendantibus notis, Deo, regi suo, gratiores se fore recte sentiunt. Et vere bonum est omnium in com[mune, magnorum] sive parvorum, oratio ; etsi enim nostra non impetrant merita, tamen quia omnes uno spiritu Dei vivimus, Hunc eundem in nobis et postulantem credimus et impetrantem. Adhuc autem quotquot fideliter aliquid petentes nomen Domini Jhesu invocamus, proximus noster est, et exaudiens, ut nomen suum invocatus agnoscat et non avertat. Ipse utique et Spiritus ejus, totius Ecclesie pax et unitas, hoc inspirare et preficere dignatus est, ut sancta Suessionensis mater Ecclesia et Sti Martini Parisiensis, qui cognominatur in Campis, Deo familiaris Congregatio, amplius in Xristo sancto fœdere conexe, orationum et beneficiorum gratia mutuo perfruantur. Videns igitur ego Hugo, Dei gratia *Suessorum episcopus*, hanc utriusque ecclesie conexionem viam ad Celum esse, decrevi, totius capituli nostri deposcente affectu, illi beate Congregationi Ecclesiam nostram benignam esse, hac quoque ratione, et commodam. Concessimus enim prefato Beati Martini monasterio, in personatum et quiete habenda, altaria, unum *Ste Gemme* (181), sine illa etiam exactione que vulgariter dicitur sonniata (*a*), alterum cum sonniata in villa que *Noa* vocatur (182), salvo episcopi debito jure. Nimirum eis Dei electis et jam, Dei gratia, hoc fratribus nostris annui dignum fuit, qui suam nostramque congregationem unam domum fieri, et sic amodo appellari volentes, ita sue sanctitatis obsequium nostre dilectioni et saluti se impendere fideliter promiserunt, ut et nostros vivos ubique in suis locis, tanquam suos suscipiant, et pro mortuis, curam parem suorum agant. Denique pro omnibus canonicis nostris, vivis sive defunctis, in eternum specialiter orent. Sed et ipsi quo sublimiores sunt, eo humilius nostre fraternitatis participationem poposcerunt; quod nos quoque eis contulimus,

---

181. Sainte-Gemme, ca. Châtillon-sur-Marne, ar. Reims. Cette église est comprise dans la bulle du pape Urbain II du 14 juillet 1096.

(*a*) Droit de gîte ou de nuitée (Du Cange, d'après une confirmation de l'évêque Baudri de Noyon, en 1102, ap. Martene, *Amplissima Collectio*, I, 599).

182. La Noue, éc. Pisseleux, ca. Villers-Cotterets, ar. Soissons (Aisne).

ejus rei utilitatem non de nostris meritis sed de eorum fide et Dei misericordia presumentes. Hujus itaque sancte societatis memoriale in altarium prefatorum concessione cum sigillo nostro designari censuimus, ut et quanta sit utriusque ecclesie invicem devotio, queve nostra concessio omnibus innotescat.

Signum Hugonis episcopi. S. Petri et Fulchonis archidiaconorum. S. Lisiardi prepositi. S. Hugonis decani. S. Ingelramni et Ebali, archidiaconorum. S. Warneri, Odonis, Hugonis, item Hugonis, Gualteri, Rogeri, Petri, Gualteri, sacerdotum. S. Rotberti precentoris, Erchenaldi, Petri, Rainardi, Manasse, Fulconis, Odonis, Girardi, Bernardi, Rotberti, item Rotberti, diaconorum. S. Teobaldi, Ivonis, Anselli, Gualteri, Bartolomei, Giraldi, Odonis, item Odonis, Adam, Johannis, Rainoldi, Guarneri, Gualteri, subdiaconorum. S. Petri, Ivonis, Ansoldi, Hugonis, Arnulfi, Willelmi, Walterii, Ingelranni, Ansculfi, acolitorum.

Actum in *urbe Suessonica*, in basilica Sanctorum martirum Gervasii et Protasii, anno Dominice Incarnationis M° XC° VI°, indictione III. Ego Hugo sancte *Suessionensis ecclesie* cancellarius, relegi et subscripsi.

A. Orig. av. sceau épiscopal, S 1434, n° 29. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 66, n° 101. — *C*. Copie du XIIe s., *Liber Testamentorum*, fol. 62, n° 131, incomplète des notes chronologiques. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 79', collationnée sur *A* et complétée par D. Marrier. — *E*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 90.

74 *bis*. — *Actes perdus*. — Donations à Saint-Martin des églises :

de Noël-Saint-Remi et Noël-Saint-Martin, près Pont-Sainte-Maxence, (183).

de *Caleio* (*Calleio in pago Parisiensi* dans la bulle de Calixte II en 1119), c'est-à-dire Châillot, compris depuis dans Paris ;

---

183. Noël-St-Remy, éc. Roberval, et Noël-St-Martin, éc. Villeneuve-sur-Verberie, ca. Pont-Ste-Maxence, ar. Senlis.

de Conflans-l'Archevêque (208) ;
de *Fontanis* (*Fontaneto* dans la bulle de Calixte II en 1119), ou Fontenay-lès-Louvres, au diocèse de Paris ;
de *Flamaregia villa* (184) ;
de Vauvillers (184) ;
de Saint-Hilaire de Behoust (333), au diocèse de Chartres ;
de Bonnelles (185), au diocèse de Chartres ;
de Pringy (186).

Ces églises appartenaient à Saint-Martin-des-Champs à la date du 16 juillet 1096, comme l'indique la bulle d'Urbain II qui suit.

75. — *Bulle du pape Urbain II, confirmant à l'abbaye de Cluny et au prieuré de Saint-Martin-des-Champs tous les bénéfices dépendant de l'obédience de Paris.*

(Nîmes, 14 juillet 1096)

Urbanus episcopus, servus servorum Dei, venerabili fratri Hugoni, *Cluniacensi abbati*, salutem et apostolicam benedictionem. Pie postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri. Quatinus et devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat. Tue igitur voluntati et communis filii Ursionis prioris postulationibus annuentes, *Beati Martini monasterium* quod *de Campis* dicitur, in *Parisiensi parochia* situm, presentis decreti auctoritate munimus, ut quemadmodum cetera *Cluniacensis cenobii* membra semper sub Apostolice sedis tutela permaneat, et cuncta que ad locum ipsum in presentiarum pertinere videntur : Ecclesia videlicet de *Agenvilla* (22). De *Novavilla* (22). De *Mareio* (122). De *Monte Martyrum* (180). De *Loveriis* (207). De *Castenio* (206). De *Nota Sancti Remigii*. De *Nota Sancti Martini* (183). De *Renzegio* (153). De *Balbineio* (102). De *Caleio*. De *Con-*

184. Framerville et Vauvillers, ca. Chaulnes, ar. Péronne.
185. Bonnelles, ca. Dourdan, ar. Rambouillet.
186. Pringy, ca. et ar. Melun.

fluentio (208). De *Capeio* (76). De *Fontanis*. De *Flamaregia villa*. De *Valle Villaris* (184). De *Monciaco* (133). Villa que dicitur *Bonzeia* (14). *Nuceium magnum* (12). *Nuceium minus*. *Anetum* (13). *Maioriolas* (78). *Sancta Gemma* (181). *Rodanivilla* (39). *Ursonisvilla* (173). *Clamardum* (30). *Sorvillare* (87). *Pentinum* (26). *Cevrennum* (97). *Sanctus Hylarius*; cum ecclesiis et pertinentiis earum. Ecclesia etiam de *Cona* (172). De *Bonella* (185). De *Pringeio* (186). Quicquid preterea idem locus hodie juste possidet, vel collatione bone memorie Henrici *Francorum regis*, qui ejusdem loci fundator extitit, vel filii ejus Philippi, cujus donatione cella eadem ad vestrum cenobium noscitur pertinere. Quicquid a quibuslibet fidelibus de suo jure eidem loco collatum est, vel in futurum conferri contigerit, firma semper et illibata permaneant, tam a te quam ab his qui per te vel successores tuos eidem loco prepositi fuerint, perpetuo possidenda, regenda ac disponenda. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione ac gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua ergo in crastinum ecclesiastica secularisve persona hujus decreti paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque divino judicio se existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu Xristi aliena fiat. Atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Ihesu Xristi. Quatinus et hic fructum bone actionis precipiant, et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. Datum *Nemausi*, per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, II idus Julii, indictione iv, Incarnationis Dominice anno MXC° VII°, pontificatus autem domni Urbani secundi pape ix°.

A. Original perdu.

B. Copie officielle, sur parchemin, du xiie siècle. — A. N. L 870, n° 20.

Au dos, d'une écriture du XVII[e] s. « 14 juillet 1097. Privilège du Pape Urbain II en faveur du Prieuré de Saint-Martin-des-Champs. » (*a*). — *C*. Copie du XII[e] s. *Liber Testamentorum*, fol. 44'. — *D. Cartulaire C de Cluny*, 143. — *E*. Copie de 1209, LL 1351. — *F*. Copie du XV[e] s., LL 1352. — *G*. Copie du XVI[e] s., LL 1353. — *H*. Ms. lat. 17716, fol. 94'.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, p. 148. — *b. Bullarium Cluniacense*, p. 19. — *c*. Felibien, *Histoire de Paris*, III, 152. — *d*. Migne, *Patrol. lat.*, t. 151, p. 470. — *e*. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire gén. de Paris*, t. I, p. 143, n° 118, d'après *C*.

Ind. Bruel, *Chartes de Cluny*, t. V, p. 58, n° 3711, d'après *D* et *H*. — Jaffé-Wattenbach, t. I, p. 689, n° 5652 (4231).

76. — *Amauri, fils de Rahier I de Mondonville, d'accord avec sa femme Richeud, leurs fils Rahier II et Josselin, donne une terre dans son fief, de l'aveu de son seigneur, Guérin de Galardon. Guérin étant mort sur la route de la Terre-Sainte, sa veuve Mabile, remariée à Aimon le Roux d'Etampes, réclame contre cette concession, et obtient des moines une indemnité de 40 sous.*

(Vers 1096)

Notum sit omnibus per succedentia tempora futuris quod AMALRICUS filius RAHERII, assensu uxoris sua RICHILDIS et filiorum suorum RAHERII et JOCELINI, donavit monachis *Sti Martini de Campis* apud *Mundun villam* (187), terram ad arandum, duobus bobus sufficientem, et septem agripennos terræ et dimidium, ad hospitandos ibi hospites, et duos hospites non habentes terram nisi quantum sufficiat domibus et ortis suis. Dedit autem hoc donum, concedente WARINO DE GUALARDONE (188) et uxore sua MABILIA, de cujus beneficio eadem terra erat.

(*a*) Cette date est le résultat d'une méprise. Comme l'a fort bien relevé M. Bruel, le chancelier Jean s'est servi du style pisan qui fait remonter à l'Annonciation le point de départ de l'année ecclésiastique. Ce style produit une différence d'au moins une année, et qui peut être de treize mois, avec le point de départ de l'année d'après le style gallican. — Cf. sur les variantes de style adoptées tour à tour par la chancellerie d'Urbain II, l'*Art de vérifier les Dates*, t. I, p. 281.

187. En marge : Mondonville, Beausse (ca. Auneau, ar. Chartres).

188. Gallardon, ca. Maintenon, ar. Chartres. — Guérin de Gallardon avait

[Après 1096]

Interjecto autem tempore, Warino in *via Jerosolimitana* defuncto, Haimo Rufus de *Stampis* ejus uxorem accipiens, cum uxore sue Mabilia (*a*) videlicet, eidem dono calumpniam intulerunt. Sed tandem, Dei gratia, resipiscentes, pro animabus suis, acceptis etiam a monachis xl solidos denariorum Stanpensium, assensu filie sue Eufemie, idem donum monachis concesserunt. Hec autem concessio *Stampis* facta, ut in perpetuum rata haberetur, ex utraque parte testium auctoritate corroborata est. Ex parte Haimonis hi testes fuerunt : Haimo cognatus ejus, Herbertus Strabo, Herveus filius Marconis (189), Rainardus de Pontecalo (190), Mainerius, Stephanus de Mererviila (191), Herbertus. Ex parte autem monachorum : Ursio frater Haimonis (168), Rotbertus medicus. Famuli monachorum, Teudo, Ebroinus, Petrus, Teobaldus.

A. Original perdu.

B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 38, n° 80.

---

pour père Hervé I, seigneur de Gallardon ; pour sœur la B. Hildeburge, religieuse à Saint-Martin de Pontoise après avoir été mariée à Robert d'Ivry ; pour frère Hugues I, sire de Gallardon, avec lequel il partit pour Jérusalem en 1096 (Ms. lat. 17139, fol. 61). Il succomba dans le cours du voyage. Mabile, sa veuve dont il n'avait pas eu d'enfants, se remaria à Aimon le Roux, d'Etampes.

Hervé I, père de Guérin, était fils d'Herbert, sire de Gallardon, qui donna à St-Père de Chartres, du temps d'un abbé homonyme (1067-1074), des biens en Dunois lui venant de sa mère Retrude. Celle-ci était veuve d'Ansoud II le Riche de Paris, frère d'Herbert, évêque d'Auxerre et fils d'Ansoud I et de Raingarde (Voir note 6).

La terre de Gallardon appartenait antérieurement, avec celles de Bouafle et de Thimert, à Aubert le Riche, neveu d'Anne, abbé de Jumièges. Aubert épousa Aubour (*Hildeburgis*) de Bellême dont il eut Aubert II, Guérin et Thion. Aubert II ne laissa que des filles. L'aînée, Froheline, porta Thimert à son mari Gasce ; la seconde, qui épousa Herbert de Paris, eut en dot Gallardon (Append. au *Cartul. de St-Martin de Pontoise*, p. 469).

(*a*) *B* Mabibilia.

189. Hervé, fils du vicomte d'Etampes, Marc, et petit-fils de Roscelin, était alors sous la tutelle de son beau-frère. Il mourut sans enfants en 1108 et sa sœur Liesse porta la terre de Méréville et la vicomté d'Etampes à Gui du Puiset, qui avait été, de 1104 à 1106, le tuteur d'Hervé (A. de Dion, *Le Puiset aux* xi[e] *et* xii[e] *siècles* ; Depoin, *la Chevalerie étampoise*).

190. Pont-à-Chat, éc. Saclas, ca. Méréville.

191. Méréville, ar. Etampes.

77. — *Gui de Gallardon approuve le don de la terre de Voise, fait par Hugues et Guérin, ses frères, et de la terre de Boulonville.*

(Après 1096)

Notum sit omnibus per succedentia tempora quod ego (192) DE GUALARDONE (188), pro anima patris mei et fratrum et mea, concessi monachis de *Sto Martino*, absque alicujus pacti requisitione quietam, assensu fratris mei domni MILONIS archidiaconi (192), terram de *Veosia* (193) quam donavit illis HUGO frater meus, et WARINUS concessit; terram etiam de *Bolonvilla* (194) cum silva et omnibus ad eam pertinentibus, — cujus medietatem (195) dedit eis, factus apud eos monachus, concedentibus filiis suis WILLELMO, ALBERTO, WIDONE; — aliam medietatem dedit eis ADELIZA filia WALTERII POSTELLI (218), concedente WILLELMO, de cujus fevo erat (196) : sic fratres mei HUGO et WARINUS concesserant, solutam ab omni consuetudine, et quietam, eis concessi.

Hæc autem concessio, facta in manu monachorum Sti Martini, ARNALDI scilicet *subprioris* (197), WALTERII camerarii, HAUBERTI de

192. Le nom manque dans le texte, transcrit à l'étourdie. On voit, par l'énoncé des témoins, que l'une des parties en cause se nomme Gui. — Il faut donc ajouter à Hugues et Guérin, fils d'Hervé et frères de la B. Hildeburge mariée à Robert d'Ivry, deux autres frères : Gui et Milon, archidiacre de l'église de Chartres en 1100 (Luchaire, *Louis VI*, p. 330). Gui de Gallardon est encore cité dans un texte de 1119 comme témoin de la dédicace de Morigny (Ib., n° 264).

193. En marge : *Beausse.* — Voise, ca. Auneau, ar. Chartres.

194. En marge : *Bolonville.* — Boulonville, éc. Sainville, ca. Auneau, ar. Chartres.

195. Il faut suppléer ici « Gaufredus », comme on le verra plus bas dans la liste des témoins, où figurent les trois fils de Geofroi : Guillaume, Aubert et Gui. Ce Geofroi est sans doute un cadet de la famille, car un Aubert de Gallardon fut père de Dreux, qui avec ses fils Guérin et autres fit une cession à Bellomer au XII° siècle (Ms. fr. 24133, p. 301).

196. Guillaume, l'aîné des fils de Geofroi, lui succéda comme seigneur féodal de Boulonville.

197. Arnaud, neveu de Constance de Bagneux, fut prévôt de Gouillons puis sous-prieur de St-Martin ; Gautier était en 1096 chambrier du monastère. — Habert de Roinville et Ebroin d'Orsonville sont aussi des moines de St-Martin ils portent le surnom dse prieurés qu'ils administrent.

Roenvilla (39), Ebroini de *Ursionisvilla* (173), ne, vetustate temporis, a memoria posterorum possit aboleri, consensi eis ut litteris annotaretur, et in capitulo *Stæ Mariæ Carnotensis* legeretur et confirmaretur. Ex utraque autem parte hi testes affuerunt : Ex parte Widonis, Rainaldus filius Walterii ; Willelmus filius Gaufredi, et fratres ejus Wido et Albertus ; Walterius de Travucello. Ex parte autem monachorum Sti Martini, Gauslenus de Leugis (37), Hugo filius Guinemari (115), Paganus filius Duranni, Paganus [de] Curbivilla (48). De capitulo autem Beate [Mariæ] hi fratres interfuerunt : Willelmus archidiaconus, Ebrardus capicerius, Milo archidiaconus (192), Winebertus, Radulfus, Ansgerius, Rotbertus, Willelmus filius Haimonis, Radulfus de Curbivilla (38) ; Rotbertus et Hugo, ambo sacristes.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 40, n° 85.

78. — *Fouchard donne aux moines de Cluny installés à St-Martin la forêt allodiale qu'il possède à Noisy* (le-Grand).

(24 septembre 1096 — 5 avril 1097)

Notum fieri volumus Xristi fidelibus futuris et presentibus quod Fulchradus dedit *æcclesiæ Sancti Martini de Campis, Cluniacensibus* scilicet *monachis*, silvam quam apud *Nuisiacum* in alodio possidebat, ita liberam sicut et ipse tenuerat.

Hoc vero testantur factum in communi Sancti Martini æcclesia qui adfuerunt, quorum nomina hæc sunt :

Amalricus filius Rotberti Orbati (198) ; Ingelbertus negociator ;

---

198. Amauri, fils de Robert l'Orphelin, d'une lignée qui a possédé de nombreuses terres dans les diocèses de Paris et de Meaux ; son surnom s'est traduit *Orbatus*, *Orphanus*, *Orphelinus*. La souscription de Milon l'Orphelin (*S. Milonis orfani*) suit immédiatement celle de Guérin de Paris, baron de Maule (*S. Warini baronis*) venant après celle de Dreux, comte de Mantes, et de son fils Gautier, sur un diplôme du roi Robert (Levrier, *Coll. du Vexin*, t. XI, preuve 99) très voi-

Herebertus faber, Johannes faber, Walterius Sichardus, Balduinus de Cellis, Helgotus servus Sancti Martini; Bernardus filius Eve, Ansoldus filius Rotberti de Ivri (155).

Hoc autem factum est Philippo in *Gallia* regnante, Willelmo urbis *Parisiace* episcopo existente, Hugone *Cluniacensis* æcclesie abbate vivente, Ursione de *Campis* priore permanente, anno Incarnationis Dominice MXC° VI°, indictione IIIIa.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 2, n° 4.

79. — *Hugues de Voves, fils de Ferri, donne toute sa terre de Voves ainsi que deux aires de maison à Melun, au bourg St-Ambroise, près l'église St-Michel* (*).

(24 septembre 1096 — 5 avril 1097)

Utile indicavimus in hac cartula scribere, et sic fidelium presentium et futurorum noticie tradere quod Hugo filius Frederici (199) dedit *æcclesiæ Sci Martini de Campis* quæ sita est *extra muros Parisiacæ urbis* ac *Cluniacensibus* monachis Deo in ea servientibus, villam que *Vozua* dicitur (200), scilicet omnem terram, nemus, vineas, aquæ quoque partem ad eandem villam pertinentem. Omnia dedit æcclesiæ Sci Martini prædictus Hugo quæ etiam a prædictis monachis possidentur, sic a domino Hugone possidebantur, antequam ea Sco Martino largiret. Adjunxit etiam huic dono duas areas domorum cum omnibus redditibus que de ipsis consuetudi-

sin de la date de sa mort (20 juillet 1031) puisque Gautier de Mantes était encore tout jeune quand il perdit son père (en 1035; cf. Longnon, *Obit. de la prov. de Sens*, t. II, p. XXIII). — La notice **59** rappelle un Pierre l'Orphelin témoin en 1086-1095 : on le retrouve vers 1105 (n° **104**); il souscrit un diplôme royal de 1112 (A. N. LL 42, fol. 7).

199. Le nécrologe de St-Martin des Champs porte au 6 février : « Obiit Hugo filius Frederici. Officium fiat. Ex ejus elemosina habemus ea que sunt apud Vovas ». (Molinier, *Ob. de la prov. de Sens*, I, 419 et suiv.).

200. Voves, ar. Chartres.

naliter exeunt, scilicet justicia, sanguine, theloneo, foratione vini, pedachio, cum omnibus redditibus quæ de ipsis consuetudinaliter ut superius diximus, sic ipse eas tenuerat. Sunt autem ipse areæ cum domibus suis in *burgo Sci Ambrosii*, apud *Milidunum castrum*, ad capud *æcclesiæ Sci Michahelis*.

Dedit etiam cum omnibus his, æcclesiæ Sci Martini duos de servis suis cum filiis et filiabus earum, scilicet Albericum cum uxore sua et filiis et filiabus, et Hubertum fratrem ejusdem Alberici. Arpennum etiam vinee dedit qui in terra *Buxiole* consistit.

Habebat autem domnus Hugo duos nepotes, filios Siguint fratris sui, quorum unus, qui major natu erat, Fredericus vocabatur et Paganus Rufus cognominabatur; alter vero Mauricius dicebatur : sine quorum concessione elemosina domni Hugonis stabilis esse non poterat. Hi enim post decessum suum heredes esse debebant. Timens ergo sepenominatus Hugo eorum calumpniam post obitum suum *Sci Martini æcclesiæ* adfuturam, rogavit eos multis precibus ut elemosinam quam pro redemptione animæ suæ fecerat, sua concessione confirmarent et elemosinæ participes existerent. Qui tandem precibus ejus evicti, ad Scm Martinum venientes, in societate orationum et beneficiorum ejusdem æcclesiæ a senioribus in capitulo sunt recepti; et pro tantæ societatis recompensatione, donum de quo sermo habetur, quod patruus eorum fecerat, sua concessione confirmaverunt; illudque super principale beati Martini altare posuerunt, audientibus et videntibus his testibus : Odolrico qui cum ipsis venerat, Hildino vernula domni Hugonis, Ivone coco, Walterio majore (36), Herberto de Ponte Isaræ, Warino, Bernardo de Aneto (13), Roscelino servo ecclesiæ, Fulcone coco.

Hoc totum factum est in *æcclesia Beati Martini de Campis* anno Dnice Incarnationis M° XC° VI°, indictione v[a], regnante Philippo *rege Francorum*, imperante *Cluniacensi* congregationi domno Hugone abbate, et Willelmo existente *episcopo Parisiacæ æcclesiæ*, vivente domno Ursione de *Campis priore*.

79 *b.* — *Les neveux de Hugues, enfants d'Erembour* [vicomtesse de Corbeil], *confirment la donation de Voves, en présence du comte Eudes.*

(5 avril — 24 septembre 1097)

His ita pacifice compositis, Dnus Hugo ut post decessum suum elemosinam quam dederat Sci Martini æcclesia possideret, perrexit ad *Corbolium castrum*. Ibi enim habebat alios parentes, filios Herenburgis neptis sue (201), quorum unus Fredericus nominabatur, alius Gaufredus, tertius Walterius, et quartus Bego dicebatur. Hos quatuor cum matre eorum Herenburge et sororibus suis, filiabus ejusdem Herenburgis multis precibus circumvenit, rogans eos ut elemosinam suam supradictæ *ecclesiæ Sci Martini* concederent, et concedentes partem in elemosina haberent. Qui peticionibus religiosi viri adquiescere dignum esse judicantes, peticionem illius impleverunt, et donum superius nominatum ecclesiæ Sci Martini omnes, una die, in *Corboilo castro* concesserunt; et ut hoc manifestius fieret, posuerunt donum in manu domni Walterii monachi qui tunc camerarius erat Sci Martini, mater scilicet cum filiis et filiabus suis. Et ita ab illo tempore usque hodie æcclesia Sci Martini, extincta omni calumnia, elemosinam sibi datam quiete possidet.

Factum est hoc in *Corboilo*, audientibus et videntibus his testibus, quorum nomina hic, ne oblivioni tradantur, conscripsimus.

Odo comes *Corboili*, Fredericus filius Balduini Belvacensis (201), Godolricus vicecomes (201), Walterius Lisiardus, Wido frater ejus (100), Orricus Calandus, Paganus de Lanciaco, Walte-

201. Sur Erembour ou Aremburge, femme du vicomte Gaudri de Corbeil, et ses enfants, cf. *Les Vicomtes de Corbeil*, par J. Depoin, p. 5-16. — Bégon, frère cadet de Ferri de Châtillon, de Gautier Tirel et de Geofroi d'Yerres, fut moine de Longpont. Une charte relative à Bouchard I de Vaugrigneuse mentionne « Bego monachus, frater Friderici de Castellonio ». (Mss. lat. 9968, n° 162). — Ferri III de Corbeil, fils de Baudoin III de Beauvais, est cité dans la même étude, p. 20.

rius Cociacus, Waldricus de Villa crena (202), Wido, Bertrannus et Henricus fratres; Geraldus Gastinellus, Hugo de Muissiaco (133), Odo Bisollus, Odo de Chanquiliaco, Warinus frater majoris (36), Levinus famulus *Sci Arnulfi*.

Hoc factum est anno Incarnati Verbi M° XC° VII°, indictione v^a, vivente atque regnante Philippo rege et Willelmo *Parisiaco episcopo*, tempore domni Hugonis abbatis *Cluniacensis* et Ursionis prioris *æcclesiæ Sci Martini de Campis*.

Benedictus Deus qui fecit mirabilia in celo et in terra.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 7-8, n° 15.
Edit. Depoin, *Les Vicomtes de Corbeil et les Chevaliers d'Étampes*, p. 49.

80. — *Confirmation, par Philippe Ier, de la concession de cinq marchés annuels à tenir à Janville, accordée à Saint-Martin-des-Champs par Ebrard, sire du Puiset* (203).

(23 décembre 1094 — 21 août 1097)

Titre perdu. — Rappelé dans un diplôme de Louis VII en 1140. (A. N. LL 1351, fol. 25. Cf. Luchaire, *Études sur les actes de Louis VII*, n° 50, et Maurice Prou, *Actes de Philippe Ier*, Introduction, p. xliv et note 1.)

81. — *Eudes de Gonesse et le chapitre de Notre-Dame de Senlis cèdent le tiers d'un moulin près de Survilliers.*

(Paris, 12 novembre 1097)

Cognoscat tam presentium quam futurorum fidelium Aecclesia quia, cum insimul tenerent *canonici Beatæ Mariæ* et Odo de

---

202. Villecresnes, ca. Boissy-St-Léger, ar. Corbeil (S.-et-O.).

203. L'auteur de cette libéralité est certainement Ebrard III. Ebrard I, sire du Puiset et vicomte de Chartres, mourut en 1066 avant la dédicace de St-Martin-des-Champs. D'ailleurs le don de ces marchés fut fait aux moines de Cluny, donc après 1079. Ebrard II, vicomte de Chartres, qui se retira en 1075 dans un ermitage, puis en 1077 dans l'abbaye de Marmoutier, laissa la vicomté de Chartres à son frère Hugues Blavons, troisième fils d'Ebrard I et déjà châtelain du

Gonissa (118) aream molendini apud villulam que *Mesnilis* vocatur *subtus Oiri* (204), hoc idem Odo, multis profusis precibus, impetravit ab eisdem canonicis ut ipsius beneficii *æcclesiæ Bti Martini de Campis* terciam partem concederent, sicuti et ipse de sua parte concedebat. Quod quidem canonici tali conventione monachis Sti Martini concesserunt, ut hospites eorum de solo villari, et ipsi idem monachi insuper, et omnes hospites quos tunc habebant, vel deinceps habituri erant, infra duo miliaria circa molendinum commorantes, cum ipsis monachis eamdem villam habitantibus et custodientibus, ibi annonas molerent. Idem vero Odo per singulos annos pro impertito hoc monachis beneficio, canonicis duodecim denarios censuales, quamdiu viveret, in festivitate Bti Remigii pepigit. Post mortem vero ipsius, quicumque suam terciam partem beneficii teneret, hunc denominatum censum similiter canonicis redderet.

Actum in capitulo Bte Marie, II idus novembris, anno Incarnati Verbi millesimo XC° VII°, anno regni Philippi regis xxx° vii°, anno primo pontificatus domni Letoldi (205) ; presentibus his quorum nomina hæc sunt : Warnerius decanus adfuit, Wido precentor, Haimo archidiaconus, Radulfus, Bernerus, Arnulfus. Laici vero adfuerunt : Stephanus, Hermerus, Hilduardus, Joscelinus, Rotgerus, Jonas.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 35, n° 75.

Puiset. Ebrard III, fils de Hugues, ayant gouverné du 23 décembre 1094 au 21 août 1097, c'est à cette période qu'appartient la concession des cinq marchés soumise à l'approbation du roi. (Cf. Ad. de Dion, *Le Puiset au XIe et au XIIe siècle*, 1886, extr. des *Mémoires de la Société archéologique d'Eure-et-Loir*). — La notice n° **96** ne laisse à cet égard aucun doute et précise les jours où se tiennent les marchés concédés.

204. En marge de *B* : « Nom du moulin lez Sorvillier ouquel Chapitre de Senlis prétend portion. » (xve s.). — Orry-la-Ville, ca. Senlis.

205. Cette mention prouve que l'avènement de Létaud au siège de Senlis est postérieur au 12 novembre 1096, et que, par conséquent, le sacre de Manassé, archevêque de Reims, auquel il assista, et qui eut lieu un dimanche de la Passion, doit être fixé au 22 mars 1097. La *Gallia* (IX, 78) le date de 1096.

82. — *Guillaume, évêque de Paris, confirme à St-Martin les autels de Châtenay, Clamart, Conflans-sur-Marne, Drancy, Louvres, Montmartre, Pantin, sous réserve des droits de juridiction, de synode et de visite.*

(Paris, 1er janvier *ou* 28 mars — 3 août 1098)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen. Sanctorum Canonum auctoritate didicimus, et priorum Patrum institucionibus edocti sumus nos de possessionibus nostris impertiri debere cunctis Deo servientibus. Igitur aprobate consuetudinis est in Aeclesia omnia cum fratribus semper habere communia. In hoc enim maxime caritas comprobatur, per quam Dei misericordiam conparatur, si caritatis fructus Dei fidelibus fideliter exibeatur. Probatio enim delectionis, exibitio est operis ; quod per ipsius Veritatis testimonium satis evidenter sanctum nobis intimat Evangelium (*a*). « Qui habet, inquit, mandata mea et servat ea, ipse est qui diligit me ». Ergo qui caritatem habet, operibus eam magnificare debet.

Ego itaque WILLELMUS, *Parisiensis episcopus*, notum volo fieri, non minus futuris (*b*) quam presentibus, quod monachi *Sti Martini Parisii de Campis* nostram adierunt presentiam, cum quibusdam nobis familiaribus ; qui, supplicando nobis, multiplicatis pecierunt intercessionibus, quatinus, ad sustentacionem fratrum, altaria que subscripta sunt, in diocesi nostra sita, monasterio Sti Martini de Campis in perpetuum habenda concederemus, videlicet : altare *Montismartirum* (180), et altare ville que dicitur *Pentinum* (26); altare eciam ville quam vocamus *Derenciacum* (153) et altare ville que dicitur *Castanetum* (206) et duas partes altaris [ville] (*c*) que dicitur *Luveris* (207) ; duas partes etiam altaris ville que dicitur *Confluentium* (208) ; altare quoque ville que vocatur *Clamart* (30).

---

206. En marge de *B* : *Chastenay*. Châtenay-en-France, ca. Ecouen, ar. Pontoise.

207. En marge de *B* : *Louvres* (ca. Luzarches, ar. Pontoise).

208. En marge de *B* : *Conflant*. Conflans-l'Archevêque, éc. de Charenton-le-

Quorum postulationem exaudiri debere decrevimus, tam pietatis affectu quam supradictis auctoritatibus.

Adibito igitur assensu et consilio archidiaconorum nostrorum, videlicet Wilgrini et Stephani et Rainaldi, et cleri nostri tocius, supradicta altaria monasterio Sti Martini de Campis omni tempore possidenda concessimus. Retinuimus tamen ecclesie nostre ipsorum altariorum debitam obedientiam, et sinodum, et circadam.

Quod ne prolixitate temporis valeat aboleri, placuit nobis scripto memorie commendari ; signa quoque nostra subscripsimus, manibus tangendo firmavimus, ne, qua violentia, corrupi possit nostris successoribus.

S. Willelmi episcopi. S. Fulconis decani. S. Gualeranni precentoris. S. Vulgrini archidiaconi. S. Stephani archidiaconi. S. Rainaldi archidiaconi. S. Goderanni sacerdotis. S. Rotberti sacerdotis. S. Anscherii levite. S. Pontii levite. S. Henrici levite. S. Hugonis subdiaconi. S. Lisiardi acoliti. S. Godefridi acoliti. S. Petri acoliti.

Actum *Parisius* in capitulo Ste Marie, anno ab Incarnatione Domini M° XC° VIII°, regnante Philippo rege anno xxxviiivo, Willelmo episcopo anno iii°, indictione via, epacta xva, concurrente iii. Ego Ricardus cancellarius scripsi.

Isti sunt laici testes qui presentes fuere quando ista carta firmata est in capitulo Ste Marie : Hugo Bardolis (209), Radulfus sexcalcus (210), Udo de Sancto Clodoaldo (224), Olricus falconaris,

---

Pont, ar. Sceaux. Nous ignorons quel fut l'auteur de la donation de cette église aussi bien que de celles de Drancy, Châtenay et Louvres. Toutes ces églises, dès 1096, appartenaient à St-Martin-des-Champs.

209. Hugues Bardoul II, né vers 1065, fils de Barthélemi de Broyes (*miles famosissimus*) dont il hérita, étant encore en bas âge ; il confirma en 1081, devenu majeur, la donation à La Charité-sur-Loire de l'église St-Julien de Sézanne (Camuzat, *Promptuarium*, p. 372) où son aïeul, Hugues Bardoul I, et sa grand' mère Aélis avaient institué le culte de saint Blihier, ancien curé de Broyes (*Acta SS. Junii*, II, 474).

210. Raoul, sénéchal de Philippe Ier, souscrivit le diplôme de Henri Ier en 1060 (n° 6) sous le nom de Raoul de Beauvais (*Radulfus Belvacensis*) et fut témoin d'un diplôme de Philippe Ier en 1077 où il est appelé *Rodulfus filius Goscelini Belvacensis* (Maurice Prou, *Actes de Philippe Ier*, pp. 233-234, n° xc). Il est nommé avec son parent Lancelin de Beauvais (*Lancelinus filius Fulconis Belvacensis*). En 1092, étant tuteur de Lancelin II, fils de celui-ci, il est qualifié « ancien séné-

Willelmus nepos Hugonis, Germundus, Euvardus, Ascelinus, GODEFRIDUS DORET, Warinus, Teon, Herleboldus.

(*a*) Evangelium intimat *B*. — (*b*) non futuris minus *B*. — (*c*) ville *est omis sur les originaux*.

A. Original en forme de chirographe. Arch. Nat. S 1337, n° 49 ou K 20, n° 6[18]. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 37, n° 79. — Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 86. — *D*. Copie du XII[e] siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 54, n° 118. — *E*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 37. — *F*. Copie du XVI[e] siècle, LL 1352, fol. 27. — *G*. Copie du XVI[e] s., LL 1353, fol. 37.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. Martini... historia*, p. 477. — *B*. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, fol. 37, n° 79.

83. — *Lambert, neveu d'Hubaud, donne dix hôtes à Pontoise, pour le salut de son seigneur Garnier de Senlis. Agnès, fille de Raoul Deliés et d'Hahuis, étant absente, donne pouvoir à ses parents d'approuver en son nom cette libéralité.*

(1098 ou 1099)

Notum sit omnibus Xristi fidelibus f. et p. quod LAMBERTUS nepos HUUBOLDI, concedente uxore sua TESZA nomine, dedit *æcclesiæ Sti Martini de Campis* pro salute animæ suæ, et conjugis, et antecessorum suorum, et pro salute cujusdam domini sui GUARNERII SILVANECTENSIS (211), x hospites. Hoc concessit RADULFUS DELICATUS et uxor ejus HAHUIS (122) loco Agnetis filie suæ, que filia donum Lamberti concessit; sed quia absens erat, mandavit patri suo et matri ut in loco suo illud concederent. Quod et factum est, audientibus

---

chal du roi ». Dans l'acte qui nous occupe, on lui conserve son ancien titre par une formule de courtoisie. Il est l'ancêtre des seigneurs de Cressonsacq-en-Beauvaisis. Son père, Goscelin l'Enfant, était fils d'Ascelin de Bulles. Sur ce rameau de la chevalerie beauvaisine, voir les cartulaires de St-Leu d'Esserent (édit. Müller) et de St-Martin de Pontoise (édit. Depoin), et la notice (qui exigerait des compléments) de M. de Caix de Saint-Aymour sur les *Châtelains de Beauvais*.

211. Sur Garnier de Senlis, voir Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 278. — Luchaire pense qu'il est difficile de préciser la date de cette donation, et la place entre 1098 et 1108 (*Louis VI*, n° 69), dates extrêmes de l'administration de Louis le Gros comme roi désigné. — Nous verrons plus loin (note 220) que Hahuis mourut le 17 décembre 1099.

his testibus : Landricus de Oomonte (212) ; Walterio de Sancta Honorina (213) ; Hugone Berruerio ; Giroldo et Alberto fratre ejus, hospitibus Sti Martini ; Gaufrido et Engelbodo ; Rotberto filio Roscelini et Rotgerio fratre ejus, Huberto et Alberico atque Bernerio clericis ; Radulfo clerico, uno de hospitibus.

Hujus concessionis testes sunt : Gervasius dapifer (313) ; Frogerius Cathalaunensis ; Willelmus Garlandensis (151) ; Fredericus camerarius (214) ; Balduinus veredarius (215) ; Fulco filius Helionis ; Herbertus nepos Warnerii ; Gaufredus bolengerius, Ebroinus cocus.

Hi autem hospites, unde sermo habetur, apud *Pontesiam* consistere videntur.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 37', n° 57.

---

212. Omont, auj. Domont, ca. Ecouen, ar. Pontoise. Voir sur Landri, note 96.

213. Conflans-Sainte-Honorine, ca. Poissy, ar. Versailles.

214. Le chambrier Ferri cité dans deux notices de St-Martin des Champs en 1094 (n° **48**) et 1099 ne se distingue pas du *Fredericus camberlanus* qui souscrivit, entre 1101 et 1106, un diplôme par lequel Philippe Ier interdit au prévôt de Paris de lever sur les hommes du roi, à Bagneux, d'autres exactions que les amendes légales, et qui dispense ces hommes du service de l'ost (M. Prou, *Actes de Philippe Ier*, n° 153, pp. 385-386). Il est dénommé *Fredericus cubicularius* dans une notice de N.-D. de Longpont dont les synchronismes permettent de fixer la date au début de 1108 (Ms. lat. 9968, n° 42 et fol. 9, éd. Marion, p. 19 ; cf. Luchaire, *Institutions monarchiques*, t. I, p. 174, note 6). Les qualifications de *camerarius, camberlanus, cubicularius*, données pour ainsi dire indifféremment au même personnage, montrent que Ferri, chambellan du roi, était en fait un sous-chambrier, placé sous l'autorité du grand officier qualifié *camerarius* par la chancellerie royale. M. Prou l'a justement remarqué dans son Introduction aux *Actes de Philippe Ier* (P. CLII-CLIII). La traduction « cubiculaire » est un expédient qui ne satisfait point aux exigences du langage roman qu'on parlait à la cour de Philippe Ier ; elle ne répond à rien de contemporain. D'ailleurs les attributions du chambrier s'étaient étendues, comme M. Prou le constate, « de la garde du trésor à tout ce qui concernait le gîte du roi, l'ameublement et l'entretien du palais ». Il est permis de le considérer comme un majordome : « cette hypothèse est corroborée par la qualification de *magister domus regiæ*, appliquée au chambrier Galeran » en 1071 (Ib. n° 55, p. 147).

215. Baudoin exerçait sans doute les fonctions qui plus tard furent celles du « courrier et chevaucheur du roi », occupées sous Louis XI par Aubert le Groing (Depoin, *le Livre de raison de St-Martin de Pontoise*, p. 13).

84. — *Donation d'une terre à Senlis par Garnier, fils d'Aszon.*

(Dimanche 1er mai 1099)

Notum sit sanctæ Dei Aeclesiæ fidelibus quod ego Warnerius miles, filius Ascionis (216), instinctu Dei amoris tactus, quandam terram in *territorio Silvanectensi* sitam, quam de Widone de Turre (292) tenebam, ipso annuente, *æcclesiæ Sti Martini de Campis* dedi, quod feci annuere in *claustro monachorum ecclesiæ Ste Marie de Pissiaco*, die dominica ante processionem, kalendis maii, etiam Eremburgi uxori mee, filieque nostre Marie, fratrique meo Ascioni. Cui adstipulationi testes adfuere : Walterius Postels (217), Albericus Ternels (218), Nanterius miles (241), Willelmus Revels, Wigerius miles, Odo danzels (*a*), Seguinus miles (228), Gislebertus Benens, Otgerius homo monachorum, Udo vernula Gauterii Pos-

---

216. Garnier donna probablement son nom à *l'île Garnier* sur la Seine qui fut donnée au prieuré de St-Germain-en-Laye par Aszon ou Aston du Pecq, sa femme Guiburge, leurs fils Gautier et Eudes, sous le règne de Louis-le-Gros (Depoin, *Le Prieuré de St-Germain-en-Laye, Origines et Cartulaire*, p. 17-19).

217. *Postellus* serait une déformation d'*Apostolus* si l'on en juge par une souscription voisine de 1060 à un acte d'Ebrard I, vicomte de Chartres (coll. Moreau, XXXI, 156) : *S. Guidonis Apostoli et Gausberti fratris ejus.* Gautier Postel souscrit un jugement de la cour du roi à Poissy, en 1082. Sa mère était fille de Gilbert et sœur d'Ours qui céda ses droits sur l'église de Sausseux à St-Père de Chartres (Guérard, *Cartul. de St-Père de Chartres*, p. 165). Sa fille Aélis possédait la moitié de la terre de Boulonville. En 1177 une charte de l'évêque Maurice de Paris a pour témoins *Postellus de Moissiaco et Johannes filius ejus* (A. N. S. 1177). Aélis fonda l'anniversaire de son père, mentionné au Nécrologe de St-Martin-des-Champs le 11 mars en ces termes : « Walterius Postellus. Officium fiat. Refectionem debet camerarius de redditu terræ *Tabularum*. »

218. C'est *Albericus Ternellus de Pissiaco* (*Tornellus* d'après une copie de D. Estiennot), cité dans une notice comme accompagnant, à Pontoise, Louis-le-Gros (né en 1081) encore enfant (*Ludovicus puer*), vers 1093 : Cf. *Cartul. de St-Martin de Pontoise*, p. 25 ; la note 153 est à rectifier, l'orthographe *Ternellus* étant constante depuis le xiie siècle (Ib., Appendices, p. 430). — Dans la notice **126** ce personnage est dénommé *Albericus Terneldus.*

(*a*) Damoiseau ou *Danseau.*

telli, Rotbertus prepositus *Pissiaci* (228), Drogo et Willelmus clientes ejusdem Warnerii predicti.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 32', n° 70.

85. — *Confirmation, à Poissy, de la donation précédente.*

(1er mai 1099)

Sciat omnis Aecclesia Xristi sanguine redempta quod Warnerius filius Aszonis (216) dedit *æcclesiæ Sti Martini de Campis* quandam terram in territorio *Silvanectensis urbis* sitam, concedente Widone de Turre (292), a quo eam tenebat, et donum posuerunt super altare Sti Martini, Warnerius videlicet qui dedit, et Wido qui concessit.

Hujus rei testes sunt hi : Nivardus de Pissiaco (228), Walterus major (36), Rotgerius filius ejus, Warinus et Theudo fratres ejus, Drogo et Girelmus atque Bernardus, servi Sti Martini, Arnulfus carpentarius, Hildinus vernula domni Hugonis de Milidunо (219), Rotbertus filius Letardi (100), Rotbertus nepos domni Bernardi monachi, Willelmus sartor (*a*), Herembertus faber, Heldigerius, Hugo, Haimarus pistores, Albertus (*b*) cocus.

Postea autem Warnerius confirmavit hunc donum apud *Pissiacum castrum*, concedente Herenburge uxore sua, et Maria filia ejus, atque Aszone fratre ejus, ut in alia carta inveniri potest.

---

219. Le terme de *domnus*, comme on le voit par cette même charte, désigne d'ordinaire un moine profès. Hugues de Melun était peut-être fils d'Ourson II, vicomte de Melun en 1071-1080, frère ou beau-frère de Manassé, cité comme vicomte en 1093, ou de Guillaume I le Charpentier, qui l'était en 1094 et partit en 1096 pour la Croisade. On distingue, par son origine, ce moine *Hugues de Melun* de son homonyme *Hugues de Gonesse* (n° **50**).

Factum est hoc anno Incarnati Verbi M° XC VIIII°, indictione VII[a], regnante PHILIPPO *rege Francorum* (*c*).

(*a*) *B* sator. — (*b*) *B* Abertus. — (*c*) La notice précédente (*alia carta*) qui relate la même donation, la fixe à un dimanche 1[er] mai, ce qui convient à l'année 1099.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum,* fol. 11, n° 24.

86. — *Raoul II Deliés et sa femme Haziche (Hahuis), du consentement de leurs quatre enfants, Raoul III, Amauri II, Agnès et Comtesse, donnent à St-Martin les autels de Méru-en-Thelle, d'Eragny près Pontoise, et des droits à Tour et au Maistier. Hahuis est inhumée devant le Crucifix, sous le porche de St-Martin-des-Champs, en présence du roi désigné, Louis-le-Gros.*

(17 décembre 1099)

Notum sit presentibus et futuris quod Radulfus Delicatus (218) et uxor ejus HAZECHA (220), concedentibus eorum filiis RADULFO et AMALRICO, atque filiabus AGNETE et COMETISSA (122), pro salute animarum suarum dederunt (220) Deo et *Sancto Martino de Campis* altare de *Merudio* (221) et altare de *Herigniaco* (222), et omnia que

---

220. Cette notice est postérieure à celle qui figure au n° **53**, et qui concerne l'autel de Méru seul. D'après Luchaire, Louis-le-Gros fut associé au trône en 1098. La donation fut confirmée par Anseau II, évêque de Beauvais, le 31 décembre 1099 : il y a donc lieu de la croire antérieure à cette date. Sans indiquer de motif, Luchaire (*Louis VI*, n° 70, p. 38) la croit postérieure à la seconde confirmation par un autre évêque de Beauvais, Geofroi, le 20 mars 1106 (n° **112** *infrà*).

L'obituaire de St-Martin-des-Champs contient la mention suivante au 17 décembre : « Obiit Hazeca. Officium fiat, cappa, in choro. Servicium facit ille, qui habet *Pontisaram* ». (Molinier, *Obituaires de la province de Sens*, I, 474). Bien qu'écrite, sous sa forme actuelle, au XIV[e] siècle, cette mention, qui a pu en remplacer une plus ancienne, s'applique évidemment à la femme de Raoul II Deliés. On ne célébrait avec une solennité si grande que l'obit des bienfaiteurs importants. Nous croyons donc devoir fixer la mort de Hahuis au 17 décembre 1099. Sur Raoul II et Hahuis, voir les App. au *Cartul. de St-Martin de Pontoise*, p. 248.

221. L'église St-Lucien de Méru-en-Thelle, ar. Beauvais. On écrivait en 1286 *Méru-en-Tere*, comme le montre l'épitaphe d'un « sougretain de ceens » (sacristain de St-Martin) reproduite par D. Marrier, p. 571.

222. Eragny, ca. Pontoise (Cf. D. Marrier, p. 496).

habebant apud *Tullum* (223) et apud *Mistigerium* (223); et donum harum rerum posuit RADULFUS DELICATUS super altare Sancti Martini, in presentia LUDOVICI designati *regis Francie* (220), et tocius conventus monachorum, eodem die quo uxor sua Hazecha, honore debito, sepulta est apud *Sanctum-Martinum*, in *auditorio* ante *Crucifixum* (225). Hujus doni testes extiterunt : BURCHARDUS DE MONTE MORENTII (226), WIDO SILVANECTENSIS (292), Walerannus de Villaperor (227), HUDO DE SANCTO CLODOALDO (224), Petrus filius Hungerii, NIVARDUS et SEGUINUS DE PEISSIACO (228), SOLTANNUS filius WARNERII DE PARISIO (134), WARNERIUS CALCEUS, BERNEERIUS DE PLAGIO (229), FULCO DE PARCENC (230), Ansoldus corvesarius, HUGO PAUPER (231), RADULFUS filius HUGONIS DE MEZANTO (232), WALTERIUS

---

223. D'après un autre texte du *Liber Testamentorum*, fol. 25 (n° **111**), on voit que la *terra de Tullo et de Magisterio* est du ressort de la baronnie de Montmorency. *Tullum* doit être *Tour* (St-Prix) plutôt que *la Tuyolle* (éc. de Taverny, ca. Montmorency). La comparaison des traductions *Magisterium* et *Mistigerium* suggère le mot *Maistier* ou *Mestier* qui vient peut-être d'un troisième terme latin, *Ministerium*. Ce lieu n'a pu être identifié par nous. Toutefois il importe de mettre en face de ces textes les termes d'une charte confirmative d'Etienne, évêque de Paris en 1124 : « omnem viariam de *Thur* et de *Mestigerio* et omnes consuetudines ». (De Lasteyrie, *Cartul. de Paris*, p. 224).

224. Yon de Saint-Cloud est cité dans des notices précédentes à partir du n° **59** (antérieurement au 1er mai 1095). Il figure, en 1096, au nombre des laïcs qui escortent l'évêque de Paris, avec Payen de Montjay (Depoin, *Les Comtes de Beaumont et le Prieuré de Ste-Honorine de Conflans*, p. 65).

225. On plaçait dès lors un grand crucifix sous le porche de l'église, lieu où se faisaient les publications, et qu'on appelait pour cela l'auditoire (*auditorium*).

226. Bouchard IV de Montmorency, qui épousa Agnès, fille de Raoul II Deliés et de Hahuis, du vivant de sa mère. La présence du roi désigné aux obsèques de Hahuis, prouve bien que cet événement est antérieur à la rupture de Bouchard IV avec Louis-le-Gros et au siège de Montmorency par ce dernier.

227. Villepreux, ca. Marly-le-Roi, ar. Versailles. Sur Galeran, cf. note 254.

228. Nivard et Sévin de Poissy, fils du prévôt Hugues I (Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 429). Le prévôt Robert II remplaça Archenfroi, successeur de Hugues et cité en 1093 (Ibid.).

229. Appelé *Berneredus de Plalli* dans une charte de l'échanson Adam de Senlis (1107-1108), n° **120**. Plailly, canton de Senlis.

230. Persan, ca. l'Isle-Adam, ar. Pontoise (Seine-et-Oise).

231. Hugues le Pauvre, cadet de la maison de Clermont, troisième fils de Hugues de Mouchy (Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 304).

232. Messelan, éc. Frouville, ca. l'Isle-Adam, ar. Pontoise.

filius WERRICI (233). Hi omnes fuerunt testes ex parte Sti Martini.

Et ex parte Radulfi Delicati, hi fuerunt testes :

WALTERIUS MUSAVENA (234), ROTBERTUS LONGUS, IVO DE CONFLENZ (235), WIDO prepositus (222), WILLELMUS MIGOL, WIARDUS DE PUSEOLIS (237), WILLELMUS DE HAIROVILLA (236), AIMERICUS DE BLERE-ÆCCLESIA (237), HUBERTUS DE CERGIO (238), WILLEMUS filius WILLELMI (239), BERNERIUS clericus (124), ROTBERTUS PESDEALCHA, ANSEREDUS PES DE ALCHA (*a*), Girardus bolengarius, ROTGERIUS DE CORBEIA, RAINARDUS BELLACARO, Teobaldus, Nicholaus filius Urselli.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 11, n° 26.

Edit. a. Marrier, p. 504 (texte incorrect). — *b*. Duchesne, *Montmorency*, pr. 33 (incomplet) ; — *c*. R. de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, t. I, p. 165, n° 146.

---

233. Gautier I Mauvoisin, fils de Guerri I de la Porte (Appendices au *Cartul. de St-Martin de Pontoise*, p. 252).

234. Gautier Musavène, cité vers 1110 (*Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 7), était d'une famille qui a possédé de nombreuses terres dans la vallée de Montmorency ; elle paraît se rattacher aux Le Riche de Senlis.

235. Ives I de Conflans-Ste-Honorine. (Voir Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 442 ; *Les Comtes de Beaumont et le Prieuré de Conflans*, p. 58).

236. Hérouville, ca. l'Isle-Adam, ar. Pontoise. Guillaume d'Hérouville, frère de Dreux, est cité entre 1099 et 1104 (*Cartul. de St-Martin de Pontoise*, pp. 9-17).

237. Belle-Église, autrefois *Blairéglise*, ca. Neuilly-en-Thelle, ar. Senlis. — Il existe dans le même canton un Puiseux-le-Hauberger qui peut avoir donné son surnom à « Wiardus de Puseolis ».

238. Cergy, ca. Pontoise.

239. Guillaume II de Chars (ca. Marines, ar. Pontoise) assista, avec son père Guillaume I, à la fondation du prieuré de Boury par Eustache, son oncle maternel, en 1104. *Cartul. de Saint-Martin de Pontoise*, n° XLVI, p. 17).

(*a*). Ce surnom de *Pédauque*, qui rappelle la célèbre légende, est intéressant à relever au XIe siècle.

87. — *Anseau II, évêque de Beauvais, confirme à St-Martin l'autel de Méru restitué à l'Église par Raoul Deliés, du consentement du chevalier Hugues de Meaux.*

(Beauvais, 31 décembre 1099)

Ego Ansellus Dei gratia *Belvacensis episcopus*. Notum facio omnibus fidelibus t. f. q. p. qualiter altare ecclesie de *Mairu* (220) pervenit ad dominium *Bti Martini de Campis*. Radulfus Delicatus, postquam cognovit quod laici injuste possidebant altaria, altare prefate ecclesie cum omnibus appenditiis per concessionem nostram dedit Bto Martino, annuente Hugone Meldensi milite (240). Ut ergo donum, quod per nos donnus Radulfus fecit, firmissimum haberetur imposterum, presente donno Ursione priore *Bti Martini*, necnon presente Gaufrido (*a*) monacho, coram personis *ecclesie Bti Petri*, donum predicti militis, ad audientiam eorum qui aderant, proferentes, prefatum altare per confirmationem personarum ecclesie nostre, Bto Martino tenendum concessimus de *ecclesia Belvacensi*, et hoc scriptum inde factum sigillo nostro signavimus (*b*). Presentes fuerunt : Rogerus archidiaconus et Henricus decanus, in quorum archiaconatu (*c*) predictum altare situm est (*d*); domnus Gualo abbas *Sti Quintini* ; Hugo decanus *Belvacensis ecclesie*; Drogo cantor, Rogerus, Goscelinus, Rotbertus, Galterus (*e*), magister Gualterus (*e*).

Actum *Belvaci* in *Capella Belvacensium episcoporum*, pridie calendas januarii anno Incarnati Verbi millesimo nonagesimo nono, regnante Philippo rege.

(*a*) *B* Gaufredo, *D* Gauefrido. — (*b*) *B* s'arrête ici. — (*c*) Les mots « et decanatu » sont à suppléer. Henri est le doyen rural : le doyen du chapitre, présent aussi, se nomme Hugues. — (*d*) *D* omet le reste, sauf la date. — (*e*) *D* Galterus.

A. Original S 1354, n° 1 *bis*. Sceau perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber*

240. Hugues, chevalier de Meaux, s'intercale peut-être dans la généalogie des vicomtes de cette ville. Il est l'auteur de la donation à Marmoutier de l'église Sainte-Céline de Meaux ; acte non daté, mais confirmé en 1096 par l'évêque Gautier II (Ms. l. 12878, fol. 305).

Testamentorum, fol. 82. — *C*. Copie incomplète du XII[e] s., *Liber Testamentorum*, fol. 56, n° 121. — *D*. Copie de 1209, incomplète, LL 1351, fol. 73, collationnée et complétée en marge par D. Marrier « ex ipsissimo autographo cui adfixum est sigillum ejusdem Anselli, Belvacensis episcopi ». — *E*. Copie du XVI[e] s., LL 1353, fol. 79'.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. Martini historia*, p. 506.

88. — *Le prieur Ourson et le chambrier Gautier font un échange de vignes avec Hellouin fils d'Alard.*

(31 mars 1100, n. st.)

Notum omnibus sancte Matris Aecclesiæ filiis t. p. q. f. quatinus ego URSIO Dei gratia *monasterii Sti Martini* prior, et WALTERIUS camerarius, consensu atque voluntate tocius congregationis ipsius monasterii, cum HERLUINO filio AALARDI quasdam vineas commutamus quæ et nostræ utilitati et suæ hoc modo magis videntur convenire. Ipse enim Herluinus, habens quinque quadrantes vinee apud torcular Drogonis filii Aufredi nostris vineis propriores et nobis utiliores, eos dat nobis ; et loco illorum VII quadrantes nostros accipit a nobis, qui fuerunt Rainerii defuncti et Haaberti, qui sunt siti ad locum nomine *Chandulfaccum*, et eo tenore, pro commoditate utrorumque, hoc auctum est, ut et nos et hic ibi Deo servientes supradictam vineam sine calumpnia aliqua habeamus perhenniter, et ipse Herluinus et sui posteri, illam que fuit nostra per successionis seriem inconvulse possideant.

Actum monasterio Sti Martini, II kal. aprilis, regnante PHILIPPO piissimo *rege Francorum*, vivente WILLELMO *Parisiacе* sedis antistite (*a*), anno autem Incarnationis Dominice M° LXXXX[mo] VIIII[no] indictione VII[a]. Inde sunt testes ex parte Sancti, WALTERIUS major (36), Herleboldus atque HUARDUS RUPHUS. Ex parte vero Herluini :

(*a*) L'évêque Guillaume est cité, mais ne souscrit point, comme on pourrait le croire d'après l'indication donnée par la *Gallia christiana nova*, t. VII, col. 53. — La charte est datée du samedi saint, car Pâques tomba le 1[er] avril en 1100. L'indiction 7 courait du 1[er] septembre 1099.

Rotgerus, Fulbertus, Frerricus, Bernerus, Gazo, Ainbertus, Malgerus, Laurentius, Warinus, Toroldus, Osoldus, Adam atque Constancius ; et PETRUS sacerdos.

A. Original perdu.

B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 28, n° 59.

Edit. Marrier, *Monasterii S. M. de C. hist.*, p. 149. — *b*. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire de Paris*, I, p. 147, n° 122.

89. — *En présence du comte de Mortagne et de nombreux seigneurs, Nantier de Montjay affranchit les fils de Rainard d'Annet, résidant sur les terres de St-Martin, du droit de protection qu'il avait sur leur père, et qui lui eût permis de revendiquer la moitié de sa succession.*

(1080 — octobre 1100)

Notum fieri volumus modernis et subsequentibus quia domnus NANTERUS DE MONTEGAIO (241) filios Rainardi de *Aneto* (13), Odonem scilicet et Radulfum, a commendatione quam in patre eorum habuisse videbatur, causa Dei et *Sancti Martini de Campis*, cujus superterranei sunt, liberos dimisit. Sed quia, patre defuncto, bonorum illius dimidium, pro commendatione exigebat (*a*), dimissio facta est in *Bti Martini curia* coram prioris, domni scilicet URSIONIS, presencia.

Hujus facti testes habentur hi quorum nomina subscribuntur : ARNUFLUS frater Nanterii, PAGANUS cognomine (241); PAGANUS,

241. La suzeraineté exercée par Nantier de Montjay à Annet-sur-Marne ne laisse aucun doute sur l'identification de son château avec Montjay-la-Tour, écart de Villevaudé qui, comme Annet, appartient au canton de Claye-Souilly, arr. de Meaux.

Nantier souscrit avec son frère Payen, en 1090, le diplôme de Philippe Ier pour St-Remi de Reims, en compagnie d'Eudes, comte de Corbeil. Nous apprenons ici que le nom baptismal de Payen fut *Arnoul*. Cette précision nous oblige à le distinguer d'un second Payen de Montjay, ayant pour prénom définitif *Aubri*, et dont nous aurons à reparler à propos d'une approbation qu'il accorda à la donation de Champmotteux à St-Martin-des-Champs en 1122. Payen Aubri est cité dès 1108 à de nombreuses reprises dans Luchaire (*Annales de la vie de*

STEPHANI filius (154), PAGANUS DE GUARLANDA (151); PAGANUS DE THOROTA, WASZO frater ejus (69); GAUFREDUS comes DE MAURITANIA (242); OSMUNDUS DE PUNTEIO (243); Adelelmus major (*b*), Walterius, Milo, Albertus, Rotbertus, WALTERIUS DE LANIACO (280), Arnulfus, Odo, alter Odo, Achardus, Rainardus, Walterius frater ejus.

(*a*) Ce prélèvement semble de prime abord exorbitant. Mais il ne faut pas perdre de vue l'insécurité des temps causée par les guerres féodales (cf. n° **47**). La *commendatio* onéreuse en cas de décès, constituait, durant la vie, une assurance contre le pillage des récoltes et la destruction des immeubles, et elle était efficace : les atteintes à cette sauvegarde étaient poursuivies par celui qui l'avait accordée, et les victimes indemnisées. On en relève des preuves, pour les environs de Paris, dans le *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, pp. 345 (Bouafle) et 347 (Chaussy).

(*b*) C'est le maire rural d'Annet-sur-Marne, Alcaume, témoin fréquent de notices précédentes.

A. Original perdu.

B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 31, n° 66.

90. — *Nantier de Montjay et sa femme Eveline renoncent à leurs revendications sur l'autel de Champigny, donné par l'archidiacre Josselin, oncle d'Eveline, en 1066-67, à l'hôpital ou Maison-Dieu de St-Martin des Champs.*

(1096-1100)

Audiant filii matris Æcclesiæ quod JOSCELINUS archidiaconus (24) altare de *Campiniaco* (23) *domui Dei Sancti Martini de Campis*

Louis VI, pp. 53, 97, 134, 158, 260, 329); il est confondu, à la table, avec Arnoul Payen (cité p. 2). C'est de ce dernier qu'il s'agit dans les pièces n^os^ **38, 62** et **90** du présent recueil.

Nous verrons (n° **90**) qu'Eveline (*Avelina*), femme de Nantier de Montjay, était nièce de Josselin, archidiacre de Paris (cf. note 24).

242. Geofroi I, comte de Mortagne, successeur en 1079 de son père Rotrou I, était frère de Hugues Chapel, vicomte de Châteaudun dès 1080. Tous deux soutinrent une guerre locale contre leur cousin Robert, comte d'Alençon, en 1087. Geofroi I mourut en octobre 1100 (*Art de vérifier les Dates*, II, 879-880). Cette date funèbre sert de *terminus ad quem* à la présente notice, qui toutefois se place vraisemblablement vers 1090.

243. Poncy, éc. Poissy, ar. Versailles. Cette terre appartenait à la maison des

dedit; quod eadem æcclesia longo tempore, nullo calumpniante, tenuit, regnante PHILIPPO rege; GAUFRIDO, cujus nutu hoc factum est, *Parisiace urbis* existente *episcopo*. Sed pullulante Ejus invidia qui ait : « Ponam sedem meam ad Aquilonem et ero similis Altissimo », indeque elatus cecidit, nunquam recuperaturus, illos quos in loco sui nollet hereditare, prout potest, dentibus discerpit : animum UDONIS fratris ejusdem JOSCELINI (244) cujus favore hoc donum factum fuerat, in ardorem cupiditatis accendit, et altare supradicte æcclesiæ Sti Martini abstulit, quod per aliquod tempus, sub calumpnia et excommunicatione, tenuit. Dominus autem Jhesus qui peccatores expectat et quos vult salvos fieri ad penitentiam vocat, animum illius compunxit, et penitentia ductum, quod male habebat æcclesiæ restituit.

Deinde necdum cessante Diabolo, animum commovit NAINTERI DE MONTEGAIO (241), qui filiam UDONIS habebat in conjugio, ut altare *Campennini* auferret æcclesiæ Sti Martini. Ille vero Angelo nequam credidit, et altare æcclesiæ, sine judicio et lege, sibi accepit. Sed URSIONE priore qui, sub HUGONE *abbate Cluniacense*, æcclesiam superius sepius repetitam regebat cum ceteris senioribus, calumpniante et cum eo placitante, judicio virorum catholicorum quod sese male accepisse agnovit, æcclesiæ Sti Martini, uxore ejus AVELINA annuente, reddidit. Videntes autem seniores cum URSIONE priore quia, cupiditate census, redditionem dilataverat, NANTERO

Gasce de Poissy. Robert surnommé dans Orderic Vital *Eloquens*, fils de Gasce I, eut pour fils Osmond I de Chaumont-en-Vexin et Gasce II de Poissy. Dans la famille des Simon de Poissy, apparentée aux Gasce, on trouve, sous Louis VII, le nom d'Osmond donné à des enfants destinés à l'Église. (Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 431).

244. Cet Yon (*Udo*), frère de l'archidiacre Josselin et beau-père de Nantier de Montjay, serait-il le « *Paganus Hericio*, a fonte baptismatis nomen *Hudo* » seigneur de Neuilly-sur-Marne, très voisin de Champigny ? La notice 63 relatant un don qu'il fit à St-Martin comprend dans sa liste de témoins un homme-lige de l'archidiacre Josselin, et c'est aussi Nantier de Montjay qui approuve un acte de *Hudo Paganus*.

C'est après la mort successive de Geofroi et de Josselin que, vers 1097, le frère de l'archidiacre dut avoir la tentation de reprendre ce qui avait été donné à St-Martin. De même Nantier de Montjay n'en devint détenteur qu'à la mort de son beau-père.

equum, uxori vero ejus sexaginta solidos Pruvinensium, propter duas uncias auri quas inde habere volebat, dederunt; sicque ipse et uxor ejus calumpniam quam in altari illo faciebant, super sanctum altare Sti Martini deposuerunt.

Hoc testificentur, si opus fuerit, qui viderunt et audierunt et qui in hac cartula ad testificandum scripti sunt : Arroldus videlicet de Montemaurentiaco (96), Petrus Senglarius (98), Paganus de Montegaio (241), Rotbertus de Canoilo (152), Paganus filius Stephani, Hugo Expians-Verderiam, Waltærius major, Warinus et Teudo fratres ejus (36), Hugo, Warnerius; Gaufredus et Fulco fratres, ambo cocci Sti Martini; Herlebaldus de Vitreio (35), Poncius filius Ebrardi de Nuiseio, Walterius filius Gundramni; Georgius sacrista, Bernardus frater ejus; Hugo Rufus de Aneto (13); Rainaldus Ad Barbam, Rotgerius sartor (*a*), Theodericus pistor.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 17, n° 37.
Edit. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 488.

91. — *Ilbert, doyen de Péronne, constate la donation faite par Eudes, préchantre de son chapitre, à l'église St-Médard de Cappy, des deux tiers de la dîme de Barleux.*

(1101)

Ego Ilbertus, Dei miseratione, sancte *Peronensis ecclesie* dictus decanus, totumque ejusdem ecclesie capitulum, universis Sancte matris Ecclesie filiis, salutem. Quoniam nos per succedentium vices in hunc ordinem mortalitatis ea lege natura suscepit, quod sicut predecessorum suscepti sumus loco, sic nos admittere posteros et cedere venientibus oporteret. Dignum nobis visum est antique patrum consuetudini quantum possumus adherere, et quemadmodum ipsi preteritorum memoriam antiquatam (*a*) ab oblivionis interitu, vivaci pagina defendere statuerunt, sic nos etiam litterarum vigilante custodia, ab invide vetustatis neglecta caligine posterorum

(*a*) *B* sator.

mentis oculos abstergamus. Notum itaque facimus t. p. q. f. venerabilem fratrem nostrum ODONEM, precentorem, in presentia nostra, ecclesie Sti Medardi de *Capi* (76), pro anniversario suo et pro animabus predecessorum suorum, duas partes decime de *Barlos* (245) que ad eum jure hereditario spectabant, in elemosina concessisse ; et ne forte aliquis in posterum reclamaret, testes multos adhibuisse. Nos autem, quoniam in presencia nostra donum istud sancitum est, signa eorum et nomina qui interfuerunt, subscripsimus, et sigilli Beati Fursei impressione firmavimus.

Signum Radulfi sacerdotis. S. Hugonis et Ingranni diaconorum. S. Gossuini canonici. S. Milonis scolastici. S. Girardi. S. Symonis. S. Guidonis. S. Radulfi. S. Rabodi. S. Urbani. S. Gaufridi. S. GIRARDI cancellarii.

A. Orig. L 875, n° 80 (*b*).

(*a*) Souvenirs vieillis, près de s'éteindre.

(*b*) La date 1101 est portée d'une écriture moderne, sur la pièce. Nous n'avons pas d'autre synchronisme pour aider à la préciser.

92. — *Manassé* (de Pomponne ?) *confirme tous les dons faits à Saint-Martin par Ève sa trisaïeule.*

(1089-1102)

Sciant p. et f. quod MANASSES concessit *æcclesiæ Sti Martini de Campis* quicquid attava sua EVA prædictæ æcclesiæ dederat, audientibus his testibus : FULCONE decano (*a*), Hugone clerico, WASZONE BAEZ, Olrico, HUGONE TRUIONE (112) ; Warino, Teudone fratre ejus (36), GODEFRIDO BURDINO, Gisleberto, Fulcone coco, Girberto, Her-

245. Barleux, ca. Péronne.

(*a*) Foulques, doyen du chapitre de Notre-Dame après Jehan du Grand-Pont, qui mourut en 1089, fut élu en 1102, évêque de Paris. Hugues est cité comme sous-diacre en 1088 et 1089.

Cette notice est donc antérieure à 1102.

lebaudo, Bernardo, Rotgerio ; de puerulis nostris, Herluindus, Aalvodus, Walterius fuerunt testes.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum,* fol. 44, n° 95.
Édit. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire de Paris,* t. I, p. 201, n° 178.

93. — *L'évêque Ives de Chartres, juge désigné par le légat du Pape, Hugues de Lyon, procède à une enquête sur la plainte de St-Martin-des-Champs contre Marmoutier, en vue de maintenir les droits de la cure de Janville sur le château du Puiset. Les témoignages de l'archidiacre Simon et d'autres ecclésiastiques prouvent que trois curés de Janville, antérieurs à la donation de l'église aux chanoines de St-Martin, en 1062, puis les chanoines, ont exercé leur ministère au Puiset. Mais le châtelain Hugues Blavons, voulant rendre indépendant au spirituel son château, évinça les chanoines de St-Martin au profit de la chapelle castrale, confiée à un religieux de Marmoutier. L'abbé Engelard avait protesté contre la bénédiction de la chapelle; plus tard les moines portèrent leurs plaintes aux conciles d'Issoudun* (1081), *Meaux* (1082) *et Paris* (1082-83) *tenus par le même légat, mais vainement. L'évêque de Chartres, attribuant aux témoignages du clergé la plus haute valeur, les accueille de préférence à ceux des laïcs produits en faveur de Marmoutier et maintient la dépendance de la chapelle du Puiset à l'égard de l'église-mère de Janville-en-Beauce.*

(1090-1102)

Ivo, Dei gratia, *Carnotensis episcopus,* notum sit omnibus t. p. q. f. quod, ex mandatione donni Hugonis, *Lugdunensis* (*a*) *archiepiscopi* (246), clamaverunt in presentia nostra monachi Sancti Martini de Campis adversus monachos *Majoris Monasterii* de parrochia

246. Hugues Ier, précédemment évêque de Die, légat de Grégoire VII en France, transféré à la métropole de Lyon en 1083, mourut en 1106. Le mandat par lui conféré à l'évêque de Chartres émanait de sa mission, que lui maintint Urbain II. C'est lui qui présida le concile d'Autun (16 octobre 1094) où Philippe Ier ravisseur de Bertrade fut excommunié. — L'archidiacre Simon était en charge en 1100.

Putheacensis castri, quod pertineret ad *ecclesiam Ste Marie de Hienvilla* (22), excepta concordia decime vinearum. Responsum est a monachis Majoris Monasterii ecclesiam de *Hienvilla*, tempore trium presbiterorum, vel tempore canonicorum, vel tempore monachorum, nullam parrochialem investituram habuisse, in sepultura scilicet corporum, vel in decima lane vel agnorum, vel aliorum parrochilium reddituum (*b*); sed potius *capellam Puteacensem*, temporibus predictorum presbiterorum, scilicet clericorum et monachorum, his omnibus investitam fuisse. Hujus autem investiture testes habuerunt Rainardum Carnardum (41) et tres alios. Rainardus Carnardus testis fuit hujusmodi, capellam videlicet *Puteacensem*, vel parrochiam, ecclesie de *Hienvilla* quadraginta annis in nullo parrochiali reddit u subjectam (*c*) fuisse. Quidam autem presbiter hujusmodi testis fuit, se non vidisse ecclesiam de *Hienvilla* de parrochia *Puteacensi* aliquem parrochialem redditum habuisse. Albertus autem eodem modo testatus est, viginti annis idem non vidisse. Hugo autem eodem modo testatus est tringinta quidem annis.

Monachi de *Campis* quietam possessionem monachorum *Majoris Monasterii* hujusmodi testibus interruperunt, et suam investituram defenderunt : Dominus Symon *archidiaconus Ste Marie* (246) testis fuit se vidisse presbiterum de *Hienvilla* servos et liberos parrochiales ex debito ad sepulturam suscepisse, seque interfuisse ; presbiterum vero *Puteacensem*, in presencia presbiteri de *Hienvilla*, tantummodo locum suscepisse idiote. Quidam alius testis dixit se vidisse, tempore presbiterorum qui fuerunt ante canonicos, presbiterum de Hienvilla, tempore Rogationum, venisse *Puteacum* et fecisse aquam benedictam ad puteum, et suscepisse a parrochianis panes, ova, et ceteros parrochiales redditus ; ipsum autem, qui tunc temporis erat famulus canonicorum, suscepisse a parrochianis, inter Palmas et Pascha, decimam (*d*) agnorum ; inter Pascha et Penthecosten, decimam lane. Quidam autem alius testis dixit se vidisse eundem presbiterum liberos parrochiales ex debito ad sepulturam suscepisse et precium sepulture, ut a parrochianis, accepisse, quos et nominavit. Quidam autem archipresbiter testis fuit, tempore canonicorum, post benedictionem capelle et atrii, per clamorem Ingelardi perla-

tum Archidiacono, jussu ejusdem Archidiaconi se eosdem canonicos, et de eadem benedictione, et de quorundam mortuorum in eodem atrio facta tumulatione, ad justiciam invitasse. Quidam autem eorundem canonicorum testis fuit se, cum aliis canonicis, secundum verbum archipresbyteri, inde ad justiciam vocatum fuisse. Ipse autem idem testis fuit se vidisse presbiterum de *Hienvilla*, de parrochia Puteacensi, parrochiales ex debito ad sepeliendum suscepisse ; quos et nominavit. Tempore autem monachorum, testati sunt prior et monachi de donno HUGONE (247) per quem eis de eadem parrochia, violentia illata fuerat, se in pluribus conciliis clamorem fecisse, vide[licet] *Exsoldunensi* (248), *Meldensi* (249), *Parisiensi* (250). Utrarumque igitur partium hujusmodi testimonio audito, quia videlicet testes monachorum Majoris monasterii eccle-

---

247. Hugues I[er], dit Blavons, seigneur de Puiset, fils cadet d'Ebrard I[er] (mort le 17 février vers 1066) puis vicomte de Chartres après son frère, Ebrard II, devenu moine de Marmoutier en 1073, mourut le 23 décembre 1094. L'origine de ce différend provient des variations de ce châtelain. Par un diplôme donné entre le 4 août 1074 et le 3 août 1075, Philippe I[er] confirma la dotation d'une collégiale que « HUGO miles DE PUTEOLO » instituait daus l'église castrale du Puiset (Copie du XI[e] s., Arch. du Loiret; copie de D. Estiennot, ms. fr. 12739, p. 575; Prou, *Actes de Philippe I[er]*, p. 181, n° 71). Plus de dix ans s'étant écoulés, Hugues s'adressait à Bernard abbé de Marmoutier (élu après le décès de Barthélemi, 23 février 1084, il survécut à Hugues environ quatre ans, jusqu'au 7 avril 1100). Il lui demandait des religieux pour remplacer les chanoines qui avaient cessé de plaire. Une notice de Marmoutier s'exprime ainsi :

« Notum sit omnibus t. f. q. p. quod HUGO, *Puteoli* dominus, EBRARDI monachi frater, *Bto Martini Majoris Monasterii* ecclesiam *Puteolo* constructam in honore beati Martini, et *ecclesiam Bti Victurii Blesensis* et ea que obtinere videntur monachi nostri apud locum *Ville Pelrose* (Villepreux) dictum, pro suo, suorumque salute, contulit. Hujusmodi autem donum, atque illud Nantulivillæ (Nantonville) donum quod domnus EBRARDUS tribuit, ADELESIS conjux supradicti HUGONIS, filiusque ejus EBRARDUS primogenitus, et WIDO et HUGOLINUS e licentia domni BERNARDI abbatis, apud *Puteolum* autorizaverunt, tempore illo quo domnum HUGONEM infirmitate detentum visitavit. » Copie de XVIII[e] s., ms. lat. 5441[1] (Gaignières), fol. 222.

248. Concile d'Issoudun (18 mars 1081) sous la présidence des légats de Grégoire VII, Hugues de Die et Amé d'Oléron.

249. Concile de Meaux, tenu par les mêmes légats (1082).

250. Concile de Paris dont l'existence, attestée par la biographie de saint Gautier de Pontoise, a été fort mal à propos mise en doute. Sa date (22[e] année du règne de Philippe I[er]) est précisée par un texte du *Cartulaire de St-Mesmin de Micy*.

siam de Hienvilla, de parrochia Puteacensi, investituram habuisse, sicut prediximus, dicebant se nunquam vidisse, sed capellam potius *Puteacensem* parrochiales redditus quiete possedisse; testes vero monachorum de *Campis*, quomodo prediximus, illorum quietam, sicut dicebant, possessionem interrupisse, et suam investituram defendisse ; ex hac etiam parte, ecclesiasticarum et digniorum personarum testimonium considerantes, archidiaconi videlicet nostri, canonici cujusdam, et archipresbiteri, ceterorum etiam laicorum, communi assensu fratrum nostrorum, legitime et sine contradictione, (*e*) adjudicavimus testibus monachorum de Campis probationem debere atribui, et monachis de Campis parrochiam suam debere attribui (*f*). Quam probationem, dum illi, sicut preposuerant, in presentia capituli (*g*) Beate Marie priori et monachis Majoris monasterii obtulissent, monachi eam recipere noluerunt.

(*a*) Ludunensis *B*, Lundunensis *C*. — (*b*) redditum *C*. — (*c*) adjectam *C*. — (*d*) decime *C*. — (*e*) considerane *C*. — (*f*) restitui *C*. — (*g*) caputili *C*.

A. Original perdu.

B. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 91'. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 76, non collationnée. — *D*. Copie du XVI[e] siècle, LL 1353, fol. 84'.

94. — *Heugaud, abbé de Marmoutier, cède la terre d'Oustreville, près du Puiset, à Saint-Martin, afin d'apaiser les différends entre leurs monastères concernant l'église de Gouillons et le siège même du prieuré; il accepte le jugement rendu au sujet de l'église du Puiset par le pape Urbain II et Ives de Chartres.*

(1102)

In nomine sanctæ et individue Trinitatis, congregata omnis novit Aeclesia, Dei filium, unam in eadem sancta Trinitate personam, gratia humane reconciliationis, carnem assumpsisse, et discipulis suis in terra pacem tenendam mandasse, et in discessu corporalis presentiæ pacem eis reliquisse, pacem dedisse, et per sanguinem Crucis suæ, sicut ait Apostolus, « que in cælis et que in terra sunt pacificasse ».

Si igitur veraciter ejus discipuli sumus, pacis et unitatis vincula illibata conservare debemus.

Hujus vero tam saluberrime atque excellentissime auctoritatis consideratione permotus, ego frater HILGODUS, *Majoris monasterii abbas* (251), et fratres nostri, *Majoris monasterii* filii, [anno videlicet ab Incarnatione Domini M° C° II°], causa auferende discordie que inter fratres nostros, *Majoris monasterii* monachos, et monachos *Sti Martini de Campis*, de parrochia *Puteacensi* diu extiterat, quamnostri monachi aliquanto tempore, licet non quiete, tenuerant, tamdem vero, monachis *Sti Martini de Campis* reclamantibus, per manum domni URBANI *pape* (252), in presencia domni IVONIS, *Carnotensis episcopi,* judiciario ordine eis adjudicata fuerat, causa videlicet illius auferende discordie, et gratia pacis inter utrosque in perpetuum conservande, in recompensatione ejusdem parrochiæ, sopitis in primum omnibus calumpniis que inter nos et eos erant, de æcclesia scilicet de *Goillo* (114) et de corpore *monasterii Sti Martini de Campis*, terram quam apud *Australem villam* (253) quæ est *ante Puteacium* habebamus, eis in perpetuum possidendam concessimus et de eadem terra domnum (*a*) HUGONEM, sicut nobis erat, advocatum tradidimus, nobis deinceps ab omni inquietudine liberis (*b*); per singulos etiam annos viginti solidos Aurelianensis monete pro eadem recompensatione in octavis Sti Martini apud *Carnotum*, in domo nostra, persolvere statuimus. Si vero suprascriptus census termino prestituto, aliqua incuria, persolutus non fuerit, fratres nos-

---

251. Heugaud (ou Hilgot), qui avait exercé les fonctions épiscopales, à Soissons, de 1085 à 1087, s'étant retiré à Marmoutier, fut élu abbé à la mort de Bernard (7 avril 1100); il mourut le 10 août 1104 (Cf. *Gallia*, XIX, 212, qui donne à tort la date de 1081 pour la résignation de l'épiscopat).

252. Urbain II étant mort depuis le 29 juillet 1099, il faut admettre que le jugement du Pontife fut rendu sous le prédécesseur d'Heugaud, très probablement lors du séjour d'Urbain II en France en 1096, en présence de saint Ives, évêque de Chartres. Le Pape consacra l'église de Marmoutier le 10 mars et confirma les privilèges et les possessions de Saint-Martin-des-Champs, le 14 juillet de cette année. (Jaffé-Wattenbach, *Regesta Pontificum Romanorum,* I, 685, 689).

253. Oustreville, éc. Angerville, ca. Méréville, ar. Étampes, situé avant le Puiset, sur la route de Paris à Orléans.

tri *Puteacenses* nunquam inde inquietabunt. Condiximus etiam ut *Puteacensibus* parrochianis, vel apud *Puteacium* vel apud *Hienvillam* [indifferenter (*c*), nusquam vero alibi], liceat sepeliri. Servis vero Regis nunquam, nisi apud *Hienvillam* sicut antea consuetudo fuerat (*d*), liceat sepeliri [licet viventes ecclesie nostre parrochiales redditus debeant. Mortuos vero, apud *Hienvillam* sepeliendos, tam illos quam ceteros parrochianos, presbiter noster usque ad *crucem* que est *ad Ulmos* cum processione sua deferet; presbiter autem de *Hienvilla* ibidem eos suscipiet]. Licebit etiam presbitero de *Hienvilla* (6), si forte invitatus fuerit ab infirmo parrochiano *Puteacensi*, priusquam presbiter noster, parrochiani more, eum visitaverit et penitentiam dederit et communicaverit, licebit, inquam, ei eundem infirmum visitare, et consilium secundum Deum dare, et beneficium ab eo accipere. Si autem in suburbio ejusdem castri, aliqua de causa, ecclesia constructa fuerit, monachorum nostrorum quieta remanebit. Ut autem conventio ista firma et inconcussa permaneat, sigillo Bti Martini eam adnotandam censuimus, et manu propria subscripsimus.

S. HILGODI abbatis.

Huic autem concordie, primum apud *Puteacium* prestitute, interfuerunt : Ex parte monachorum *Sti Martini de Campis*, TETBAUDUS subprior, ARNADUS, ROBERTUS et alii.

(*a*) *C*. domam. — (*b*) *C*. libris. — (*c*) *B*. indiscrete. — (*d*) *B*. erat.

A. Original perdu.
B. Copie de 1130, *Liber Testamentorum*, fol. 13, n° 29, incomplète des trois passages entre crochets.
C. Copie de 1209, LL 1351, fol. 94, collationnée, à l'époque de la rédaction même, comme le prouvent de nombreux grattages ; non collationnée au XVIIe siècle.

95. — *Hugues II du Puiset confirme l'accord conclu entre Marmoutier et St-Martin-des-Champs, relatif à la terre d'Oustreville et au cimetière du Puiset ; il maintient à St-Martin la jouissance d'un marché sur dix au Puiset, concédée aux moines par Ebrard III ;*

il fixe les dates et réserve les droits sur les transactions faites par ses bourgeois. Mesures sévères prises contre les déserteurs et réglementation du droit de gîte militaire.

(1102)

Notum sit tam presentibus quam futuris quod ego [Hugo] (*a*) DE PUTEACIO pro anima patris mei domni HUGONIS (247) et EBRARDI (158) fratris mei et mea, causa etiam auferende discordie que inter monachos *Majoris Monasterii* et monachos *Sti Martini de Campis* diu extiterat, de parrochia *Puteacensi*, assensu fratrum meorum WALERANNI et RODULFI (254), concedo monachis *Sti Martini de Campis* decimum mercatum de *Puteacio*, sicut antea donaverat frater meus EBRARDUS, scilicet mercatum secundi sabbati aprilis, et sabbati ante Nativitatem sancti Johannis, et primi sabbati septembris, et sabbati ante festivitatem Sti Martini Turonensis episcopi, et sabbati post octabas Epiphanie; ita etiam ut liceat monachis commendare mercatum cui voluerint, ut absque aliqua reclamatione in perpetuum ita possideant. Concedo etiam quod si aliquis de beneficiis vel casamentis meis aliquid eis dedit, vel vendidit, absque alia redemptione ex nostra parte, jure perpetuo teneant.

Addo etiam quod liceat eis edificare burgum in terra nostra quam donavit eis GILDUINUS filius RAIMBALDI (255), et consuetudines ejus-

---

(*a*) Le nom HUGO est resté en blanc dans *B*. Mais il ne peut y avoir de doute sur l'attribution de cet acte confirmatif à Hugues II qui administra la châtellenie du Puiset et la vicomté de Chartres après la mort prématurée de son frère aîné Ebrard III.

254. Le comte Adolphe de Dion a identifié ainsi les divers enfants de Hugues Blavons cités dans cet acte, tous frères cadets du châtelain Ebrard III : Hugues II, châtelain du Puiset et vicomte de Chartres, comme tuteur de son neveu (1097-1106), puis comte de Jaffa, mort en Orient après 1110. — Gui, chanoine de Chartres en 1100, rentra dans le siècle pour épouser la fille de Marc, vicomte d'Etampes. Il administrait cette vicomté dès 1104, comme tuteur de son beau-frère Hervé, qui en fut titulaire de 1106 à 1108. Gui du Puiset reprit la tutelle de son neveu Hugues III et la garda jusqu'en 1109. Il est la tige de la branche de Meréville. — Galeran, seigneur de Villepreux, mort en Palestine en 1124. — Raoul n'est connu que par cette mention et une autre de 1110. — Un autre frère d'Ebrard III, Geudoin, était à cette époque religieux à Saint-Martin-des-Champs.

255. Cette donation ne nous est pas parvenue. Geudoin, fils de Raimbaud cité

dem burgi ita absolute eis concedo, ut sicut habeo burgum meum, et burgenses meos quietos, ita habeant suos. Excepto quod in dominio meo retinui, quod si aliquis meus burgensis in burgo eorum emerit vel vendiderit, theloneum ab illo habebo; et si burgensis eorum de burgensibus meis, vel in mercato, vel extra mercatum, emerit vel vendiderit, similiter theloneum ab illo habebo. A quocunque autem burgensis eorum in mercato, in die mercati, emerit vel vendiderit, similiter ab illo habebo.

Quod si extraneus aliquis, habens annonam in terra monachorum, et in die mercati, testimonium in mercato portaverit et vendiderit, habebo sextariacum. Si vero burgensis meus, causa diffugii (256) in terra eorum panem vel vinum aut carnem comportaverit, dicet serviens meus monachis vel servienti eorum ut auferat de terra sua necessaria illa. Si autem libere accipiet serviens meus, vel si forte acciderit quod servus meus in terra mea non inveniat eumdem panem, vel vinum aut carnem, et in terra eorum invenerit, dabit vadimonium quod eque valeat, et si necesse fuerit, expectabit usque ad duodecim dies; ex illo autem non respondebit ei de vadimonio suo.

Quod si forte, aliqua necessitate, congregavero multitudinem militum, qui in terra mea non possint habere hospicia, licencia monachorum vel servientis eorum, accipient competenter in terra eorum hospitia.

De terra etiam *Australisville* (253) (*b*) quam dederunt eis monachi *Majoris monasterii* promitto me eis advocatum et defensorem fore, adversus omnes calumpniatores, sicut ante fui, vel futurus

---

en 1106, eut vraisemblablement pour père Raimbaud de Chaunay, cité en 1081; cette famille doit se rattacher par alliance à Geudoin vicomte de Chartres, tige de la maison du Puiset, c'est ce qui explique qu'elle ait joui au Puiset de droits seigneuriaux.

256. Lorsqu'un seigneur faisait une levée militaire en prévision d'une campagne, souvent certains de ses sujets, pour y échapper, s'enfuyaient sur la terre des moines, qui n'imposaient à leurs hôtes ni conscription, ni réquisitions de guerre. De là le vieux proverbe : Il fait bon vivre sous la crosse.

(*b*) En marge : Orsonville, erreur relevée par M. de Dion (*Le Puiset*, p. 45).

eram monachis de *Puteacio*. Quam terram concessit eis Rainaldus Chanardus, de cujus beneficio erat, sicut antea concesserat monachis *Puteacensibus*, et filius ejus Haimericus ; ita tamen ut, omni anno, pro ea habiturus sit censum trium solidorum in Nativitate sancte Marie, nec umquam pro eo de terra illa, aliquam justiciam facient, nisi tantum si censum non reddiderint, termino constituto. Si vero non reddiderint, lege competenti emendabunt, ac terram in perpetuum possidebunt. Condiximus et concessimus, sicut inter monachos conventio fuit, quod licebit parrochianis *Puteacensibus*, si voluerint, deferri corpora eorum ad sepeliendum, in æcclesiam de *Hienvilla*, et si quid pro animabus suis dederint, ejusdem æcclesiæ erit. Servis vero Regis nunquam licebit sepeliri, nisi ad æcclesiam de *Hienvilla* (6).

Hujus doni vel concessionis testes affuerunt hi quorum nomina subnotavimus : Rainaldus Chanardus, Haimericus ejus filius (41) ; Albertus dapifer ; Hugo prepositus, Rodulfus frater ejus ; Guntardus de Charmoto ; Warinus Brito ; Rodulfus Bechan, Wiboldus, Christianus frater Gilduini Pictavinus, Albertus Foardus, Girogius camerarius, Landricus panetarius, Hugo cocus ; Stephanus serviens ; Fulcherius frater Isembardi ; Frogerius, Gaufridus filius Gaufridi camerarii ; Walterus Raimbaldi ; Rainaldus Dos ; Giraldus Clavellus ; Walterius Amissus ; Willelmus Brito.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 25, n° 56.
Edit. (partiellement) Ad. de Dion, *Le Puiset au XIe et au XIIe siècle*, p. 45.

96. — *Hugues II, vidame de Chartres, renonce à ses droits sur les hôtes de St-Martin à Roinville, du consentement de Guillaume et de sa mère.*

(1102-1104)

Ut posterorum memoriæ traderetur, scriptis infigere curavimus, quomodo Hugo *vicedominus Carnotensis* (257) monachis de *Sto*

257. Hugues II, vidame de Chartres, fils de Guerri (cf. note 38) et d'Hélisende,

Martino de Campis quosdam homines *Rohenville* (39) quos suos servos reclamabat, ab omni calumpnia absolutos, libere servire concessit.

Huic autem cessioni assensum prebuit frater ejus STEPHANUS, matre ejus HILESENDE cum filia sua ISABELLA annuente.

Hoc vero confirmatum fuit in presentia comitissæ ATDILE et filii sui WILLELMI (258), ex quorum feodo predictus Hugo servos illos calumpniabat. Hujus concessionis testes affuerunt in presentia comitis WILLELMI hi quorum nomina subnotata sunt :

HUGO vicecomes (254), Giffredus filius Otranni (266), GERVASIUS DE MONTE, ADAM DE CRUCE, HUGO DE CASTELLO THEODERICI, PERON DE LANGE, HUGO DE FERTE (259), WARNERIUS CALSO, OTTO DE CASTELLO THEODERICI, FULCO archidiaconus (54), Landricus diaconus. MAINERIUS DE MESTENO (43), STEPHANUS prepositus, ARNALDUS viarius, ANSOLDUS BERBELLUS, JOSLENUS DE LEUGIS, GALFREDUS filius ejus (260) ; Wido filius Goifredi monachi (195) ; WIDO filius MORINI ; GOZOLINUS DE MONGERVILLA (261), ROTBERTUS ACULEUS, GOLFERIUS frater ejus (262), Teobaldus filius Stephani, Warinus filius Girelmi,

---

est cité de 1104 à 1118. Son frère Etienne fut abbé de St-Jean-en-Vallée et mourut en 1130. Isabeau ou Elisabeth, leur sœur et héritière, porta la vidamé de Chartres à son époux Guillaume de Ferrières.

258. Ale ou Adèle de Normandie, fille de Guillaume le Conquérant, était veuve d'Etienne-Henri, comte de Blois, de Chartres et de Meaux, tué le 19 mai 1102 (cf. note 50) à la bataille de Ramleh en Palestine (Aug. Longnon, *Obituaires de la province de Sens,* t. II, p. XI). Guillaume, son fils, succéda au comté de Chartres, sous la tutelle de sa mère. Mais peu après, à la demande de celle-ci, il fut destitué pour faiblesse d'esprit. Il épousa l'héritière de Sully-sur-Loire et fut la tige de la seconde famille de ce nom (Le P. Anselme, *Hist. généal. des Gr. Off.*, t. II, p. 839).

259. La Ferté, éc. de Pierres, ca. Maintenon, ar. Chartres. *Lange* est peut-être Langey, ca. Cloyes, ar. Châteaudun.

260. Gauslin III de Lèves (cf. note 37) eut d'Eudeline deux fils, Gauslin IV et Geofroi (Coll. Moreau, XXV, 29). Ce dernier succéda plus tard à Ives sur le siège de Chartres, dont il fut évêque sous le nom de Geofroi II. — Ces notices ont échappé à MM. L. Merlet et de Clerval ; elles leur eussent permis de mieux distinguer les anneaux de la généalogie des Le Riche de Lèves dans leur publication, si intéressante, d'*Un manuscrit chartrain du XIe siècle.*

261. Monnerville, ca. Méréville, ar. Etampes.

262. Robert Aiguillon II, de la branche chartraine, fils de Robert I et petit-fils de Landri, eut pour frères, outre Goufier nommé ici, Guillaume I et Manassé I (Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise,* p. 351).

Hubertus filius Galfridi, Johannes filius Fulconis, Radulfus panetarius comitisse, GIBERTUS capellanus, Willelmus capellanus *archiepiscopi Cantuariensis* (263), IVO DE ISLERI (264), WILLELMUS DE BENEA (265).

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 15-16, n° 33.

97. — *Geofroi, fils d'Otran, ayant donné des hôtes à Saint-Chéron, le comte Guillaume de Chartres et la comtesse Adèle, sa mère, confirment ce don au prieur Ourson.*

(1102-1104)

Ego GAUFREDUS filius OTRANNI notum fieri volo t. p. q. f. quod ego pro anima mea et uxoris mee, assensu filii mei HERBERTI, monachis *Sti Martini de Campis* donavi per manum URSONIS prioris, apud *civitatem Carnotum*, annualem censum xx duorum solidorum de hospitibus meis quos habeo apud *Sanctum Cheraunum* (266), eo modo quod si hospites de censu forisfecerint, monachi sibi inde faciant justiciam.

Huic donationi mee assensum prebuit dominus meus GUILLELMUS *comes Carnotensis* et mater ejus ATDILA comitissa (258), de quorum beneficio terram illam hospitalem possidebam.

Hujus autem donationis testes adfuerunt in presentia comitis WILLELMI hi quorum nomina subnotata sunt : GERVASIUS DE MONTE,

---

263. Guillaume fut chapelain de saint Anselme du Bec, sacré archevêque de Cantorbéry le 5 décembre 1093 et qui mourut le 21 avril 1109.

264. Illiers (ar. Chartres) fut donné par Ledgarde ou Ligeard de Vermandois, femme de Thibaud le Tricheur, à son allié Avesgaud, qu'il faut se garder de confondre avec l'évêque du Mans, mais qui était parent d'Ives de Bellême, mari de Goheu sœur de Ligeard (Depoin, *Les vicomtes du Mans et la Maison de Bellême*). On ne saurait être surpris de rencontrer un « Ives d'Illiers ».

265. Beynes, ca. Montfort-l'Amaury, ar. Rambouillet. Cette seigneurie appartenait à la maison de Montfort issue de Guillaume de Hainaut (Ad. de Dion, *Notice sur Beynes*).

266. Saint-Chéron, ca. Dourdan, ar. Rambouillet. — Otran de Dreux souscrivit le 5 mai 1070 à une charte de Philippe Ier; il vivait encore en 1095 (Ms. l. 5417, fol. 567).

Adam de Cruce, Hugo de Castello-Theoderici, Peron de Lange (259), Hugo de Fertede, Warnerius Calso, Otto de Castello-Theoderici, Fulco archidiaconus (54), Landricus diaconus.

In presentia vero matris, hi testes affuerunt : Mainerius de Mesteno (43), Stephanus prepositus, Arnaldus viarius, Ansoldus Berbellus ; Goslenus de Leugis, Walfridus filius ejus (260) ; Wido filius Goffridi monachi (195), Wido filius Morini, Gozolinus de Mongervilla (261), Rotbertus de Aculeo, Golferius frater ejus (262) ; Teobaldus filius Stephani, Warinus filius Girelmi, Hubertus filius Gaufridi, Johannes filius Fulconis, Radulfus panetarius comitisse, Fulco archidiaconus (54), Gibertus capellanus, Willelmus capellanus *archiepiscopi Cantuariensis* (263).

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 20, n° 41.

98. — *Adèle, comtesse de Blois, veuve du comte Etienne-Henri, abandonne à St-Martin ses droits de vicomté et de voirie sur le domaine de Sainte-Gemme.*

Notum sit omnibus t. p. q. f. quoniam ego Adela, *Blesensis comitissa*, in remissione peccatorum meorum, et pro salute anime domini mei comitis Stephani (258), dedi *ecclesie Beati Martini de Campis* omnem vicecomitatum et viariam de villa que *Sancta-Gemma* (*a*) noncupatur. Et ut hoc donum firmum et stabile habeatur in posterum, litteris meis sigillatis firmavi. Valete, Karissimi in Xristo Ihesu.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 89'. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 117, incomplète du salut final.

(*a*) En marge de *B* : « le prioré de Sainte-Gemme » (note 181).

Adèle agit ici seule, sans le concours de son fils Guillaume : ses lettres paraissent avoir été données après l'exhérédation de celui-ci.

99. — *Isembard, abbé de St-Germain-des-Prés, cède des terrains au faubourg de Paris, hors le Grand-Pont, au chevalier Flohier (maréchal de Philippe I*[er]*), moyennant un cens.*

(1080-18 juillet 1108)

In Dei nomine. Ego Isembardus abbas *cenobii Sancti Vincencii Sanctique Germani* (267) significo cunctis Xristi fidelibus t. p. q. f. quod cuidam militi, Floherio (268) nomine, concessimus in *Suburbio Parisii,* videlicet *ultra Magnum Pontem,* de terra Sti Germani pertinentem ad capitium, duas perticas et dimidiam in longitudine, et tres perticas et dimidiam in latitudine, sub censu septem denariorum in festo Sti Andree annuatim persolvendo. Superfluum vero terræ, ultra predictas mensuras, sibi concessimus quietum. Si autem census ultra octo dies predictæ festivitatis tardaverit, lege persolvat et minime perdat. Hoc donum sibi sub cirographo ad faciendum quicquid voluerit, salvo tamen censu, manu nostra subterfirmavimus et, annuentibus fratribus nostris, eisdem firmandum tradidimus.

Actum in *monasterio Sti Germani* publice. S. domni Isembardi abbatis. S. Rainoldi. S. Walterii. S. Ademari. S. Petri. S. Rotberti. S. Vitalis. S. Gotberti. S. Algerii. S. Odonis. S. Osberni. S. Fulco-

---

267. Isembard, élu abbé de St-Germain après Hugues III qui vivait en 1077, siégeait dès 1080. Il mourut le 18 juillet 1103 (*Gallia christiana nova*, VII, 438). — On voit ici que, de son temps, son monastère comprenait au moins vingt-quatre profès résidants.

Cette charte est fort éloignée de 1077 ; en effet, sur 28 moines de la communauté souscrivant en 1070, avec l'abbé Robert, il en est 21 qui ne se retrouvent plus ici (Poupardin, *Recueil des chartes de St-Germain-des-Prés*, t. I, pp. 111-116).

268. Flohier éleva sur ce terrain du faubourg, au-delà du Grand-Pont, la chapelle de St-Jacques, qu'il donna à St-Martin-des-Champs. L'acte de sa libéralité a disparu, mais la mémoire s'en est conservée dans le nécrologe du prieuré. On y lit au 12 mars : « Floherius, qui dedit *Sanctum Jacobum.* Refectionem debet sacrista. » Ce donateur est qualifié « Floherus marescallus » dans un diplôme de Philippe I[er] pour St-Benoît-sur-Loire en 1080. Il avait pour *cognatus* (beau-frère) Etienne et pour *nepotes* (neveux) Robert et Helloin. On reconnaît dans cette parenté Etienne prévôt de Paris et son fils Robert (cf. note 154). Helloin de Paris, chevalier de Louis VI, fut fait prisonnier au siège de Chambly.

nis. S. Waldrici. S. Walcherii. S. Andree. S. Walterii. S. Joscelini. S. Simonis. S. Lisiardi. S. Fromundi. S. Gozlini. S. Rorici. S. Anselli. S. Rotberti. S. Fulconis.

Testes nostri de hac re : Winerannus, Giroldus matricularius, GIROLDUS BORNUS, GISLEBERTUS NORMANNUS, ODO mariscalcus, Heiricus.

Testes sui : STEPHANUS, cognatus ejus ; HERLUINUS et ROTBERTUS nepotes ejus ; DEUSGUART, MORARDUS DE MONASTERIOLO (269).

GISLEMARUS cancellarius scripsit.

A. Original perdu.

B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 31', n° 67.

100. — *Ansoud, fils de Fouquin, renonce à ses revendications sur le bois de St-Martin (à Noisy?)*

(Avant 1105)

Hæc cartula notificet filiis Dei quod ANSOLDUS filius FULCUINI *lucum Sti Martini*, quem calumpniabat, nunquam amplius se calumniaturus reddidit. Hujus rei testes sunt : Milo filius Hilduini, IVO DE BRI (279), WALTERIUS major de *Nuisiaco* (272), Bertrannus filius ejus, Galcherius nepos ejus, Godefridus filius Guntranni, ATTO DE NUISIACO, Rainoldus filius Dudonis, HEBRARDUS decanus (119).

A. Original perdu.

B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 44', n° 100.

101. — *Après avoir renoncé à ses prétentions sur une dépendance de la terre de Noisy, Dreux Reille, quoique largement indemnisé, réclame le droit de pitance pour lui, sa femme et ses chevaliers lorsqu'ils voudront venir à St-Martin-des-Champs. Le prieur transige en lui donnant un écu de sept sous ; en outre, Dreux aura le*

---

269. S'agit-il de Montreuil-sous-Bois, ca. Vincennes, ar. Sceaux ? — Le prénom de Morard, d'une rareté exceptionnelle, fut porté par un abbé de St-Germain-des-Prés, mort en 1014, dont le père fut, d'après le nécrologe, un chevalier nommé Giroud.

droit d'être reçu au couvent s'il veut un jour se faire moine, et dans tous les cas d'y être enterré, s'il ne meurt pas en état d'excommunication. Approbation de son fils Thierri Reille.

(Vers 1105)

Notum fieri volumus omnibus Xristi fidelibus quod Drogo Reillez (270) et Aleidis uxor ejus calumpniam quam faciebant in terra de *Chaviniaco* (271) que continetur inter confinia de *Nuisiaco* reddiderunt pacificam *æcclesiæ Sancti Martini de Campis* et monachis in ea existentibus, concedentibus Willelmo Marmerello de cujus feodo eam tenebant, et Pagano et Simone fratribus et Eliarde matre sua et Beatrice filia sua. Drogo inde habuit ccc[tos] solidos, uxor ejus unciam auri; Sugerus et mater ejus xl solidos, Joscelinus monachus unam pelliciam; Willelmus Marmerellus et mater ejus lx solidos : Simon filius ejus xii denarios; Wido de Cala (280) unciam auri.

Hujus rei testes sunt : Godardus filius Gudramni; Walterius major de *Nuisiaco* (272); Bertrannus et Balduinus filius ejus; Ebrar-

---

270. *Drogo Reillez* est le *Drogo Drelleatus* qui fut appelé avec Eudes de Drancy et d'autres nobles du voisinage à constater la donation de la terre de Noisiel à St-Martin par Gilbert Payen de Garlande (n° **62**). Son nom paraît donc s'être prononcé *Reillé*. Toutefois l'intitulé inscrit en rubriques dans le *Liber Testamentorum* porte : « *Carta de Drogone Reille.* » Cet acte pourrait donc intéresser la famille qui porte ce nom de nos jours. Quant à la date de la notice, nous la regardons comme très voisine de la mort du prieur Ourson qui y est nommé, mais avec la formule « qui tunc temporis erat » indiquant clairement qu'au moment de la rédaction — qui dut suivre de près les faits relatés — un autre prieur était en charge.

271. Chenay, éc. Gagny, ca. Le Raincy, ar. Pontoise, très voisin de Noisy-le-Grand.

272. Dans cet acte et les suivants, le maire de Noisy, Gautier, est accompagné de plusieurs de ses enfants : Bertrand, Baudoin, Adam. L'aîné lui fut associé durant un temps assez court, dans les derniers temps du gouvernement d'Ourson. Dans une notice concernant Dreux de Clacy (n° **106**), nous verrons mentionnés simultanément « Walterius major, Bertrannus filius ejus », puis « Bertrannus major, Warinus frater majoris » : or de nombreux textes font de Guérin le frère du maire Gautier. Nous plaçons vers 1105 la convention avec Dreux de Clacy, bien qu'elle ait été faite « cum monachis Sancti Martini de Campis qui

dus decanus ; Poncius et Godefredus filii ejus ; Walcherius, Atto, Arnulfus, Odo famulus supradicti majoris.

De familia Sancti Martini adfuerunt WALTERIUS major (36), Tetbertus, Helgodus, Herbertus, Witbertus, Hugo, Walandus, Bernardus merchator, Walbertus, Durannus, Georgius, Rodulfus, ODO DE PRATO-SANCTI-GERVASII (273), WALTERIUS DE CERSELLA (104), MALZERIUS major.

Post multum vero temporis, eo instigante qui semper mendax est et primum hominem fallaciter decepit, accidit ut supradictus DROGO eandem terram falsa occasione et sine ratione violenter sibi arriperet (*a*), dicens in venditionis conventione a priore URSIONE qui tunc temporis erat, sibi fuisse concessum ut, quociens cum uxore seu cum militibus ad æcclesiam Sancti Martini veniret, tociens consuetudinaliter ibi pranderet. Sed quamvis ex parte æcclesie multi testes adhuc viventes huic falsitati contradicerent, prior URSUS cum senioribus, ut est mos sanctæ Æcclesiæ que sponso suo Domino Ihesu Xristo pacifice vellet servire, sepedicto Drogoni scutum unum parisiensem de septem solidis dedit ; sicque terram sine calumpnia æcclesiæ Sancti Martini in pace reliquit.

Quoddam tamen, quod est satis laudabile, sibi retinuit, videlicet ut si, divina gratia inspiratus, monachus vellet esse, a priore et senioribus reciperetur in congregatione ; sin autem in seculo moreretur sine excommunicatione, ab eisdem traderetur sepulture.

Hujus rei testes sunt ex parte ejus : SUGGERUS et ARNULFUS. Ex parte *Sancti Martini* : HILDIGERIUS DE GREVA, ODO DE BALBI-

---

apud Gornaium conversantur », et que dans la bulle de Pascal II du 30 avril 1107 il ne soit rien dit du « monasterium Sancte Marie apud Gornacum castrum » confirmé à St-Martin par Calixte II en 1119. La formule : « monachi... qui apud Gornaium conversantur » diffère en effet de celles dont on s'est servi lorsque les moines ont été en possession de l'église Notre-Dame comme siège de leur prieuré de Gournay.

Thion, frère de Gautier, lui fut substitué, postérieurement à 1105, mais dès 1106, comme le montrent la notice **114**, qui est de cette même année, et celle n° **125**, qui est d'une époque très voisine.

273. Le Pré-Saint-Gervais, ca. Pantin, ar. Saint-Denis. La présence d'Eudes du Pré-Saint-Gervais dans la notice suivante nous incite à la rapprocher de celle-ci.

NIACO (102), WALTERIUS major et Warinus fratres, Poncius, Godardus, Gilbertus, Adam.

TEODERICUS filius DROGONIS REILLEZ concessit donum quod pater suus fecerat de causa de *Nuisiaco* et *Chaviniaco*.

Hujus rei testes sunt : Bertrannus filius majoris (272), Godefridus filius Guntramni, Adam filius majoris, WALTERIUS major (*b*), WALTERIUS INFANS, Godardus filius Ebrardi, Gislebertus filius Emelini ; Bernardus filius Fulchradi, BERTRANNUS DE EBLA, FREDERICUS prepositus, HEINRICUS RUSELLUS, Jonas, Teobaldus faber, WALTERIUS major, Warinus frater ejus.

(*a*) *B acciperet*. (*b*) Ce nom répété plus bas, est ici mis par une méprise du copiste.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 5-6, n° 10.

102. — *Guerin III de Paris, dit Guérin des Champs, échange des terres voisines du prieuré contre d'autres à Montmagny, plus une soulte de 40 sols pour un arpent en moins en s'assurant le consentement d'Eudeline sa femme et de Barthélemi son fils.*

(Vers 1105)

Ut in pace consistant bona Ecclesiæ, notum facimus his qui agnoscunt se filios ejus esse, quod WARINUS DE CAMPIS (274) concessit *æcclesiæ Sti Martini de Campis* VI arpennos vinearum, æidem æcclesiæ propinquos, propter V arpenos jacentes apud *Montem Magniacum* (275), ab eadem æcclesia remotos, et propter XL solidos. Hoc concessit ODELINA uxor sua, cum BARTHOLOMEO filio suo, dato sibi uno denario, et ALDEGUNDA filia sua, cui pro emendis sotula-

---

274. Il semble permis de considérer comme fils de Milon II de Paris ce Guérin des Champs, ainsi nommé du domaine « des Champs » voisin de St-Martin et en grande partie cédé par les fils de Milon Ier, Guérin II et Milon II, au roi Henri Ier. Guérin III avait conservé des vignes touchant au monastère.

275. Montmagny, ca. Montmorency, ar. Pontoise.

ibus (*a*) sex denarii dati sunt, videntibus illis qui adfuerunt. Hujus ei testes sunt : Odo, Ivo cocus, Henricus filius Fulcherii, Rodulus, WALTERIUS major (272), Warinus frater ejus (36), HUGO DE ANETO (13), Poncius, Stephanus custos equorum, ODO DE PRATO-SANCTI-GERVASII (273), Rotgerius filius Walteri, Adelelmus, RAINALDUS DE MAIEROLIS (78), Martinus.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 44, n° 97.

Édit. a. R. de Lasteyrie, *Cartulaire de Paris*, t. I, p. 151, n° 127.

103. — *Cession de la moitié d'un moulin à Dugny par Agnès, sœur de Pierre Sanglier.*

(Vers 1105)

AGNES soror PETRI SINGULARIS (98) et ADERANNUS vir ejus dederunt to Martino medietatem *molendini de Dugniaco* (108). Post multum ero tempus, vivente adhuc AGNETE, filius ejus RAINERIUS parvulus alumpniatus est monachis Sti Martini donum matris sue. Fecerunt itaque cum eo concordiam monachi, apud *Domnum-Martinum*, onantes ei triginta solidos, ut donum concederet. Hujus concordie extiterunt testes presentes PETRUS SINGULARIS et Amiardus, omo Rainerii.

Post factam concordiam venit RAINERIUS ad *Stum Martinum* et osuit donum super altare, assistente ex parte sua teste Aimardo ; t ex parte monachorum adfuerunt BERNARDUS DE ANETO (13), Varinus frater majoris (36), Herluinus filius Helgoti ; Hugo et 'etrus pistores ; Aaloldus de Sartorio.

A. Original perdu.

B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 9, n° 17.

(*a*). « Payer des souliers » est une forme primitive de la gratification ; au IVe siècle, elle s'emploie pour les inférieurs, les gens de service. (Cf. DEPOIN, *Livre de raison de St-Martin de Pontoise*, p. 202).

104. — *Pierre Sanglier donne, pour son âme et celle d'Adeline sa femme, un moulin à Noisiel, dans le fief de Nantier de Montjay; il dépose sur l'autel, comme symbole de cession, un morceau de bois sur lequel il place son anneau d'or. Approbation de Simon et Pierre II, fils de Pierre Sanglier.*

(Vers 1105)

Notum fieri volumus Xristi fidelibus f. et p. quod Petrus Singularis (98) dedit *æcclesiæ Sti Martini de Campis*, monachis scilicet *Cluniacensibus* inibi Deo servientibus, molendinum unum apud *Nuisellum* (136) pro redemptione anime suæ, conjugisque suæ Adeline; cujus donum fecit in capitulo coram congregatione, et donum posuit super sanctum altare per lignum in quo posuerat anulum aureum.

Hujus rei testes sunt qui ad hoc vocati fuerunt, quorum nomina hæc sunt : Odardus filius Odonis, Walterius major et Warinus frater ejus (36); Rotgerius filius majoris; Rodulfus nepos Rainaldi, Herleboldus serviens æcclesiæ.

Hoc etiam concesserunt filii ejus Simon et Petrus et, de cujus feodo erat, de Montegaio Nanterus (241). Hujus concessionis testes sunt : Petrus Orphanus (198); Willelmus de Warlanda (151), Paganus et Suggerus, nepotes ipsius Petri; Drogo de Oseriis; Rodulfus filius Hilesendis; Adelelmus major de *Aneto* (13).

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 30', n° 64.

105. — *Frère Godefroi, évêque d'Amiens, et l'archidiacre Enguerran concèdent à St-Martin-des-Champs l'église de Ligny.*

(25 février 1105)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Frater Godefridus, gratia Dei, *Ambianensis episcopus*, omnibus fide et operibus sancte matris Ecclesie filiis p. et f. salutis presentis et pacis continuam prosperitatem, et post transitorie

vite excessum, interminabilem jocunditatem. Ortodoxorum patrum traditionibus, canonicisque institutionibus, michi in episcopale officio agenti injungitur ut ea que sunt ecclesie cui, auctore Deo, deservio, cum rationabili sollicitudine dispensentur, et ut quibusque ejus ministris, pro suis meritis, dividantur. Hisque cura sollerti distributis, oportet etiam ut provideamus, quantum possibile est, que ad pacem eis existant, autenticis (*a*) institutis, firmisque privilegiis ea premuniendo contra mundi turbines ac procellas, que ex insidiis perfidorum emergunt. His itaque officio meo et ordini incumbentibus debitis excitatus, cum omni vigilantia procuravi ut que meis temporibus, divina gratia largiente, ex possessionibus ecclesie mee a viris religiosis recollecta fuerant, et ab injusta laicorum pervasione retracta, ejus boni testimonii et religiosi propositi personis, ab ecclesia nostra, nobisque et successoribus nostris jugiter possidenda concederem et, ad repellenda pervasorum jacula, quasi quodam protectionis scuto, muroque inexpugnabili, privilegiis confirmarem. Itaque *ecclesie Sti Martini* confessoris egregii, in *suburbio Parisiensi* site, loco qui dicitur *in Campis*, ecclesiam de *Lignigeio* (276) cum appendiciis ejus perpetualiter possidendam, ego et Ingelrannus noster archidiaconus, et alie *Ambianensis ecclesie* persone, concessimus ad supplenda necessaria monachorum ibi et in *Cluni*[*ac*]*ensi monasterio* Deo militantium. Nichil tamen juris nostri prisceque potestatis, nobis et successoribus nostris atque ministris in ea inminuentes ; sed, sicut antiquitus propria sedes antecessorum meorum fuerat, ad ordinationes faciendas, et ad crisma, et ad alia quelibet sacramenta ecclesiastica confitienda, ita et modo et perhenniter, monachis id ex debito consentientibus, perseveret sinodalem honorem, et census, et circatas, et alia omnia que ab ecclesiis nostri episcopatus canonice exiguntur, non pro se, sed pro ecclesia de *Vi* et de *Vilereix* et pro canonice acquirendis persolvet. Concedimus etiam fratribus ut quicquid in episcopio nostro canonice acquirere poterunt, sibi et ecclesie Cluniensi, salvis honestatibus et

---

276. D'après Marrier (*Monasteri S. M. de C. hist.*, p. 349) il s'agit ici du prieuré de Saint-Vite et Saint-Modeste de Ligny-sur-Canche, ca. Auxi-le-Château, ar. Saint-Pol (Pas-de-Calais).

utilitatibus predictis ecclesie nostre et ministrorum ejus, indubitanter aquirant; injustas vero occupationes et criminalium causarum discusiones cleri et populi, canonis constitutionibus monastico ordini interminatas, nostra sub discusione constituentes. Ut autem hec concessionis confirmatio rata et inviolabilis perseveret, subscripto probationis signo suppleo, ut ad posteritatis testimonium et ad veritatis inditium privilegii hujus suffitiat testamentum.

A ✠ Ω Signum Godefridi episcopi.

S. Ingelranni archidiaconi. S. Fulconis archidiaconi. S. Rogeri decani. S. Otberti prepositi. S. Raineri thesaurarii. S. Rogeri cantoris. S. Gisleberti sacerdotis. S. Clari sacerdotis. S. Clari sacerdotis. S. Hugoni[s] sacerdotis. S. Radulfi sacerdotis. S. Balduini sacerdotis. S. Nantaldi diaconi. S. Giraldi diaconi. S. Willelmi et Tescelini diaconorum. S. Warini, Hugonis, Salomon subdiaconorum.

Actum est in *ecclesia Ambianensi*, anno millesimo centesimo IIII° Dominice Incarnationis, indictione XII[a], *rege Francorum* Philippo, duce exercitus filio suo Ludovico, *consule Ambianensi* Ingebranno, episcopatus Godefridi anno primo, feliciter. Amen.

Giraldus, *Ambianensis ecclesie* subdiaconus, vices cancellarii exequens, subscripsit. Datum *Ambianis* quinto kal. Martii.

a. actenticis *A*.

A. Orig. K 20, n° 7[s]. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 82. — *C*. Copie du XII[e] s., *Liber Testamentorum*, fol. 60', n° 129, incomplète des notes chronologiques. — *D*. Copie du XVI[e] s., LL 1353, fol. 95'.

Edit. Turpin, *Comitum Tervanensium annales*, p. 33. — *b*. Marrier, p. 349.

Ind. Tardif, *Monuments historiques*, n° 325.

105 *bis.* — *L'église élevée sur les bords de la Marne, auprès du château de Gournay et fondée, sous l'invocation de Notre-Dame et de Saint-Jean l'Evangéliste, par Gui le Rouge* [de Montlhéry, comte de Rochefort] *et sa femme Aélis, est donnée à St-Martin-des-Champs, du consentement du roi* [associé] *Louis*[le-Gros]. *Dans la dotation de l'église, constituée par les fondateurs, sont compris la chapelle* [castrale] *de Gournay, la terre de Liaubon, un moulin à*

Gournay[-sur-Marne], *l'église et l'aître de Roissy avec le tiers du village.*

(Début du XII[e] siècle)

Acte perdu. Rappelé dans une charte confirmative de Girbert (Gilbert II), évêque de Paris, en 1122, accordée à St-Martin-des-Champs pour toute la dotation du prieuré de Gournay-sur-Marne (278).

106. — *Dreux de Clacy, avec l'approbation de son seigneur Guillaume, renonce à ses droits de voirie sur la terre du prieuré de Gournay-sur-Marne.*

(Vers 1105)

Sciant omnes sancte matris Æcclesiæ filii p. et f. per baptismum abluti, per passionem Xristi redempti, quod domnus DROGO, qui cognominatur DE CLACIACO (277), concessit monachis *Sti Martini de Campis*, qui apud *Gornaium* (278) conversantur, partem suam

---

277. Clacy, éc. Noisy-le-Sec, ca. Pantin, ar. St-Denis (Seine); cf. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, p. 373. — Nous retrouvons en 1122 Guérin de Clacy, fils de Dreux (*Liber Testamentorum*, fol. 73).

278. Gournay-sur-Marne, ca. Le Raincy, ar. Pontoise (S.-et-O.). — Il est surprenant que ni la donation primitive de Gui le Rouge à St-Martin-des-Champs, ni l'approbation de Louis VI n'aient été conservées sous une forme diplomatique ou tout au moins par des notices insérées dans un recueil de titres. Les lettres de l'évêque Gilbert II sont le seul document qui atteste l'existence de ces actes, alors que d'autres, moins importants, concernant Gournay, furent insérés au *Liber Testamentorum* de St-Martin, et bien qu'à Gournay même un cartulaire important ait été composé. L'énoncé de la charte épiscopale ne va pas sans difficultés. On y attribue à Gui le Rouge et Aélis (sa première femme; cf. p. 49, note *a*, et p. 63, note 74) non seulement la construction de Notre-Dame de Gournay, ce qui est admissible, mais aussi la donation de l'église et de son douaire à St-Martin. Or, Gui s'est remarié peu de temps après l'établissement des Clunisiens à St-Martin-des-Champs, tandis que le silence de la bulle d'Urbain II ne permet pas de considérer la donation de Gournay comme antérieure à 1096. D'ailleurs, Gilbert constate l'approbation donnée par le roi Louis à cette donation; elle est donc postérieure à 1098. Enfin la lettre suivante d'Ives de Chartres montre qu'il existait à Gournay une communauté à laquelle il invite le prêtre Gonthier à se joindre et qui paraît être une collégiale plutôt qu'une congrégation. (Ives n'aurait pu agir avec une autorité semblable sur un monastère dépendant de Cluny et situé dans un diocèse autre que le sien) :

« Ivo, humilis *Carnotensium episcopus*, GONTHERIO (al. GUNHERIO v. c.) fratri et

viarie de terra in qua ipsi morantur, et eorum hospites ibidem commanentes, et hospitum ipsorum furnachium et monachorum proprium. Hæc enim ad domnum Drogonem pertinebant prius, nunc vero monachi Sti Martini quiete et absque calumpniatore tenent. Monachi autem Sti Martini concesserunt Drogoni prata apud *Luissum* commanentia, ea videlicet conventione ut, si census eorum redditus non fuerit, nulla pro hoc calumpnia contra eum insurgere possit; Wido enim comes (74) census eorum debet.

Apud *Nuisiacum* villam, habet ipse Drogo vineam cujus censum adbreviaverunt ei monachi Sti Martini ad xi sextaria vini, neque pro ea justiciabunt eum, nisi de censu tantum.

De vineis quoque altaris, que partite sunt inter eos, habet Drogo terciam partem sibi quietam, et monachi duas similiter quietas.

Sedecim arpennos terre apud *Nuisiacum* adcensuit Drogo monachis *Sti Martini de Campis* pro xvi solidis denariorum, neque pro ea justiciabit eos, nisi de censu fuerit sibi forfactum.

Minutam decimam si quis hominum plene non dederit, et ad rationem missus recognoverit, plane reddat. Si non recognoscens, pervidenter tandem cognoverit, decimam reddat, xviii^to denarios persolvat. Quod si, ad placitum veniens, convictus fuerit, per xv solidos reddat. Sic etiam fiat de decima vini. Si oblationem, id est panem et candelam, interrogatus persolvisse se dixerit, si testis ei fuerit sacerdos, quietus sit. Sin autem, propria manu se reddidisse juret. Si nec hoc nec illud potuerit, plegem componat.

---

compresbytero, ascendenti e convalle lacrymarum, intense cantare canticum graduum.

« Gaudeo te quasi postliminio rediisse, gratias agens protectori nostro, cujus misericordia te protexit etiam per marina discrimina. Nunc ergo quia incolumis es redditus fratribus tuis, licet desiderio interne quietis omnibus prodesse non possis, tamen vel paucis prodesse non graveris. Unde moneo fraternitatem tuam ut ad *ecclesiam Gornacensem Beatæ semper Virginis* transeas, ubi et desiderate quieti vacare, et aliquorum fratrum saluti poteris providere. De cetero ora pro me, frater charissime, ne remigantem in altitudine maris tempestas submerget me. Vale. »

(Ivo Carnotensis episcopi epistola xi, *edit.* Magne, *Patrologia latina*, t. CLXII, col. 24. — Cf. Lebeuf, *Hist. de la ville et du dioc. de Paris*, édit. Bournon, t. IV, p. 610).

De sepultura vero *Nuisiaci* fuerant due partes monachorum, et tercia Drogonis. Placuit ergo utrisque ut ipsa omnino dimitteretur, nec ulterius ab aliquo requireretur. Dimiserunt itaque, et ad monimentum scribi fecerunt quod si aliquis eorum qui obierint, quicquid dimiserit, si sacerdoti suo prenominato vel sancto Martino dimiserit, cui prenominatorum dimiserit, ejus erit. Si vero æcclesiæ suæ dimiserit, solvatur inde sinodus et circadia ; de reliquo instauretur æcclesia.

Hæc autem omnia concessit Willelmus Marmerellus et uxor ejus Adelina, et filii eorum et filie. Concessit etiam Simon, Marmerelli Willelmi frater, et Petrus nepos ejus, audiente servo Willelmi Galdrico.

De illa terra quam tenet Drogo apud *Nuisiacum* de *Sancto Petro Fossatensi* habet Stus Martinus corveias et viariam, et placitum generale. Concessit etiam hæc Basilia uxor Drogonis, et Warinus filius ejus, Balduinus quoque frater ejus, et hi fuerunt cum eis : Ivo de Bri (279), Arnulfus filius Fulconis, Adam Rufus, Arraudus de Bunzia (14), Radulfus de Laniaco (280), Petrus de Chala (280), Warinus de Villaflui (280).

De parte Sti Martini testes sunt hi : Walterius major (272), Bertrannus filius ejus, Hatto, Godardus; item Godardus decanus ; Adelelmus major *Ancti* (13), Dodo, Warinus, Rainoldus.

Quando autem Willelmus Marmerellus et uxor ejus et filii concesserunt, hi fuerunt testes : Balduinus de Claciaco (277), Giruinus de Fossatis, Godardus decanus, Godardus forestarius, Bertrannus major (272), Drogo famulus, Warinus frater majoris (36), Engelbertus de Villa Judea servus Sti Martini (32).

Est enim conventio inter Drogonem et monachos de *Gornaio* ut nullum prorsus alium hominem, preter suos hospites, ad coquen-

---

279. Bry-sur-Marne, ca. Charenton, ar. Sceaux (Seine). — Cf. n° **63**, *suprà*.

280. Lagny-sur-Marne, ar. Meaux (Seine-et-Marne). — Chelles, ca. Lagny. — Villeflix, éc. Noisy-le-Grand, ca. Le Raincy, ar. Pontoise (S.-et-O.)

dum in suo furno recipiant. Quod si evenerit, per legem reddatur furnachium.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum,* fol. 21 *bis*, n° 46.

107. — *Ours* (Ourson), *prieur de St-Martin-des-Champs, assiste le prieur Henri, de Longpont, lorsque Gautier de la Bretonnière lègue une terre à Brétigny.*

(1079 — 12 octobre 1105)

Gauterius de Britonaria dedit Deo et *Sancte Marie de Longo Ponte* et monachis ibidem manentibus, pro anima sua parentumque suorum, medietatem terre patrimonii sui, que est apud *Britiniacum*, ad locum qui dicitur *Ad-Vicinum*, que de patre suo et matre sua remansit ; cujus terre donum posuit super altare Sancte Marie, videntibus istis : Rodulfo de Brueriis ; Aymone filio Frogerii ; Frogerio clerico, ex parte sua ; ex parte *Sancte Marie* : Henricus prior (*a*), Vrsus prior *Sancti Martini de Campis* ; Rainerius de Savigniaco ; Herbertus clericus ; Hugo forestarius ; Theudo famulus, Ermenerius, Robertus, Fulco.

A. Original perdu. — *B*. Copie du 1153, ms. l. 9968, n° 167.
Edit. [Marion], *Cartulaire du prieuré de Longpont*, 1879, p. 162.
Ind. *Gallia christiana nova*, VII, 555.

108. — *Le prieur Ours et l'abbé Hugues de Cluny accordent un anniversaire solennel au profès Gui, qui avait érigé les prieurés de Rouvray, Pantin et Châtenay-en-France, dont il fut le premier titulaire. Plus tard le prieur Thibaud I*[er] *le confirme.*

(Avant et après le 12 octobre 1105)

Notum sit omnibus hujus domus habitatoribus quod domnus

(*a*). D'après la chronologie des prieurs de Longpont dressée par l'éditeur du Cartulaire, Henri, 5e prieur, succéda à Eudes Ier de Péronne, vivant en 1076 : il est cité de 1086 à 1125. Rien dans les détails de la notice ne permet de lui assigner de plus étroites limites que les dates extrêmes du priorat d'Ourson.

Hugo, *abbas Cluniacensis*, concessit, rogante domno Guidone, qui obedientiam *Ruveredi* (281), *Pentini* (126) atque *Castiniaci* (206) edificaverat, consensu etiam domni Ursi qui tunc *prior Sti Martini* erat, et totius congregationis voluntate, ut supradicti Widonis anniversarium in hac ecclesia celebretur, et fratres qui pro ejus obitu supradictas servaverint obedientias, die anniversarii ipsius, refectionem faciant senioribus. Processu vero temporis, supra jam dictus Wido aliud memoria dignum requisivit; quod a domno Teobaldo, qui domno Urso in prioratu successerat, impetravit, et in capitulo, coram senioribus hanc peticionem laudantibus, confirmavit, videlicet ut post ejus mortem, fratres qui ejus obedientie successerint omnibus annis duo sextaria frumenti sacristano Sancti Martini absque ulla contradictione prebeant, quo hostie ad celebrandum divinum officium fiant.

A. Original perdu. — *B*. Copie du xviie s., ms. lat. 17742, fol. 334.

109. — *Documents nécrologiques concernant les prieurs Ourson et Thibaud Ier. — Date funèbre d'Ourson.*

(12 octobre 1105)

IIII idus [Octobris]. Depositio domni Ursi prioris (*a*).

A. — *Antiquius Necrologium Sancti Martini de Campis*, Bibl. Mazarine, n° 1344 *a*.
Edit. Molinier, *Obituaires de la province de Sens*, I, 462.

109 *b*. — *Etablissement d'un anniversaire solennel, pour le prieur Ourson, fondateur de la communauté régulière de St-Martin-des-Champs ; cérémonial ordonné par Thibaud I son successeur et saint Hugues, abbé de Cluny.*

(1105)

Anniversarius dies domni Ursi, primi prioris hujus loci, domno Teobaldo, successore ejus, constituente, et domno Hugone, *Clunia-*

---

281. Rouvray, éc. Pantin, ar. St-Denis (Seine).
(*a*). Sur la fixation à 1105 du décès d'Ourson, cf. note 290 ci-après.

censi abbate, precipiente atque confirmante, conventu quoque in capitulo generaliter concedente, sic debet celebrari :

Ad vesperas, et officium, et matutinas que solenniter celebrabuntur, omnia signa diutius pulsabuntur ; et sacerdos ad vesperas et ad officium atque matutinas alba et cappa revestietur ; majus altare, deinde sepulturam ejus incensabit. Officium autem solemniter celebrabitur, et lectiones super lectorium in medio chori, ab his quibus armarius preceperit, legentur. Tertium responsorium duo, sextum tres, nonum quatuor cantabunt. Ad missam autem sacerdos auratis et pretiosis vestietur indumentis, et cantabitur missa festive. Tres responsorium et quatuor, cappis induti, cantabunt tractum. Et versus de offertorio, id est : « *Redemptor animarum* » ab ipsis qui tractum cantabunt cantabitur. Armarius, cappa pretiosa indutus, chorum tenebit. Seniores in refectorio refectionem ipso die habebunt, ad quam comparandum decanus de *Ursionis villa* (173) decem solidos et ille de *Sordidavilla* (87) quinque solidos, et qui *Castiniacum* (206) custodiet quinque solidos dabit. Dum autem missa matutinalis cantabitur, duodecim pauperes de pane et vino et carne (*a*), pro ipsius anima, lautissime reficientur, ceteris vero pauperibus panis et vinum dabitur. Sepulchrum autem ejus, a primis vesperis usque in crastinum post completorium, coopertum erit et cereus jugiter ante eum ardebit.

109 *ter*. — *Constitution d'une prébende commémorative du prieur Ourson, établie par Thibaud I et l'abbé Ponce de Cluny, successeur de saint Hugues.*

(1109)

Sciant omnes hujus ecclesie habitatores futuri et presentes quod, rogatu domni Theobaldi prioris hujus loci, et totius conventus voluntate, a domno Pontio abbate decretum est ut, per omnia succedentia tempora, unus frater monachus pro anima domni Ursi,

(*a*). Les distributions charitables que les monastères clunisiens faisaient aux pauvres comprenaient non seulement le pain et le vin, mais encore la viande.

primi prioris hujus loci, in hoc monasterium suscipiatur; et quando ipse frater obierit, unus pauper prebendam ejus tamdiu habeat, donec in loco defuncti fratris alius subrogetur.

Edit. a. D. Marrier, *Monasterii S. Martini a Campis... historia*, pp. 150-152. — *b.* Molinier, *Obituaires de la prov. de Sens*, t. I, p. 477, d'après *a.*
Ind. Gérard du Bois, *Hist. eccl. Paris*, I, 693.

109 *quater. — Obit du prieur Thibaud I.*

(8 janvier 1116)

VI idus [Januarii]. Depositio domni Theobaldi, hujus loci prioris. Officium plenum fiat, et xii pauperes reficiantur, et cetera sicut de domno Urso fiant.

A. Antiquius necrologium S. Martini a Campis, Bibl. Mazarine, n° 1344 A. — *B.* Copie de 1350, B. N. ms. lat. 17742, fol. 333. — *C.* Copie du xvie s., ms. l. 17743, d'après *B.*
Edit. Molinier, *Obituaires de la prov. de Sens*, t. I, p. 421.

110. — *Sépulture du prieur Ourson et de quelques-uns de ses successeurs du XIIe siècle, à St-Martin-des-Champs et en divers lieux.*

Reverendus pater Ursio sive Ursus, a sancto Hugone *abbate Cluniacensi,* vivente Philippo rege, hujus nominis I°, anno Domini 1079 institutus, jacet infra portas dormitorii et claustri, in ecclesia hujus monasterii.

Reverendus pater Theobaldus, ab eodem sancto Hugone post decessum dicti Ursionis constitutus, jacet ex adverso sedium chori hujus ecclesiæ, juxta sacristiam.

Illustrissimus et reverendissimus pater Matheus qui S. R. E. cardinalis, *episcopus Albanensis*, et apostolicæ Sedis legatus fuit, quique a pluribus reputatur sanctus, ut refert Petrus *Venerabilis, abbas Cluniacensis*, Romæ quiescit.

Reverendus pater Hugo, qui muros et turres Martinianam domum hanc (uti etiamnum conspiciuntur) ambientes, construi fecit. Nescitur ubi jacet.

Reverendus pater Theobaldus, *Parisiensis episcopus,* ante majus altare hujus ecclesiæ jacet. 1133.

Reverendus pater Robertus in *sacello B. Mariæ* quod *de Carolla* dicitur, quiescit.

Reverendus pater Joannes, ibidem.

Cathalogus RR. PP. Priorum Martinianæ domus, ap. Marrier, *Martiniana*, 1606, pp. 44-45.

111. — *Bouchard IV de Montmorency et Agnès Deliés, sa femme, abandonnent les droits qu'ils avaient sur la terre de Tour* (Saint-Prix) *et de Mestiger, donnée par Raoul Deliés, père d'Agnès.*

(Octobre-décembre 1105)

Notum sit presentibus et futuris quod, in tempore domni Teobaldi prioris (*a*), dedit *Sto Martino de Campis* Burchardus de Montemorenci (226) et Agnes uxor ejus (122) pro salute animarum suarum, villicationem et capturam, et omnem consuetudinem justam et injustam, quam habebant in terra de *Tullo* et de *Magisterio* (223) quam terram ante dederat Sancto Martino Radulfus

---

(*a*). Il est probable que c'est tout au début du priorat de Thibaud que le nouveau supérieur de la communauté obtint de Bouchard IV la confirmation du don de son beau-père et l'abandon de ses droits féodaux sur la terre offerte à Saint-Martin. Thion n'est pas encore maire de Noisy, titre qui lui fut conféré, croyons-nous, peu après l'avènement du prieur Thibaud.

« Le lieu dit *Mestegier* ou *Metiger* dans des titres des années 1207 et 1293, comme étant un hameau des dépendances de la seigneurie de Montmorency, est entièrement détruit depuis longtemps (écrivait au milieu du XVIII° siècle l'abbé Lebeuf). Il n'en reste de souvenir que dans le nom d'une fontaine située à l'extrémité de Moulignon [Montlignon] vers le nord ». (Edit. Bournon, t. I, p. 652). Cette fontaine subsiste, mais elle n'a pas conservé le renom thérapeutique que les villageois d'alors lui attribuaient. Le lieu dit « les Métigers » se lit sur le cadastre de Montlignon.

Delicatus. Hoc solum sub conventione retinuit Burchardus in terra nominata, ut ibi, sine suo consensu, non susciperentur servi ejus aut commendati, vel preda cujuslibet hominis volentis defraudare consuetudinem ejus. Donum autem hujus beneficii posuit Burchardus, presente et concedente uxore sua, super altare Sancti Martini.

Fuerunt autem ex parte Burchardi testes isti : Balduinus Pulcher, Radulfus Pulcher (305), Hugo filius Theoderici (135), Albericus de Lusarchis (282), Ahalo, Hugo de Argentoilo (283), Odo de Groelio (283), Clarenbaldus filius Ahalonis.

Ex parte Sancti Martini affuerunt isti : Warinus et Teudo frater ejus, Belinus, Aaloldus sator, Fulco de Parcenco (230), Rainaldus corvisarius, Hugo pistor, Fulco famulus de Infirmaria, Johannes pauper.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 24, n° 55.

Edit. Duchesne, *Hist. de la maison de Montmorency*, Preuves, p. 34.

112. — *Le prieur Thibaud I inféode en précaire, à Anseau Roussel, une terre à Ste-Geneviève-des-Bois.*

(Octobre-décembre 1105)

Notum sit o. f. et p. quia domnus Teobaldus prior Sti Martini de Campis (*a*), consilio amicorum suorum, et familiarum æcclesiæ Sti

282. Aubri de Luzarches (ar. Pontoise) doit être un cadet de la maison de Beaumont-sur-Oise, frère de Mathieu Ier de Beaumont et que celui-ci institua pour châtelain de cette place pendant le temps où il en fut maître. Mathieu Ier était frère de la première femme de Bouchard IV, mère de Mathieu de Montmorency, et qui s'appelait aussi Agnès. Louis VI enleva Luzarches au comte de Beaumont en 1105.

283. Argenteuil, ar. Versailles. — Groslay, ca. Montmorency, ar. Pontoise. Eudes de Groslay, vassal de Bouchard IV, pourrait s'identifier avec *Odo, filius Odonis*, l'un des six chevaliers de ce haut baron, cité dans la notice 59.

(*a*). Cette notice relate un fait qui s'est passé tout au début du gouvernement de Thibaud I. Bertrand y figure avec le titre de maire (de Noisy-le-Grand) et nous avons vu qu'il succéda à son père avec lequel il est nommé à diverses reprises, sous le priorat d'Ourson.

Martini et quorundam monachorum credens, dedit quandam terram in feodo ANSELLO filio HENRICI RUSELLI, quam petebat, ea conventione ut eamdem terram ANSELLUS, cognomento PAGANUS, in vita sua teneat, et postea predicto domno TEOBALDO priori et senioribus Sancti Martini serviat, nec ullam potestatem dimittendi eam suis heredibus habeat; sed, cum evenerit ut moriatur, in dominium Sti Martini supradicta terra revertetur; que terra apud *Sanctam Genovefam* (284) consistere videtur. Hujus rei testes sunt : BURDINUS DE BEVRA (285) et WILLELMUS DE MACIACO (291), WILLELMUS MARMERELLUS, et nepos ejus Arnulfus Malme[re]llus, BERTRANNUS major, GODARDUS decanus, Godardus forestarius.

1. *A*. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 23, n° 48.

Édit. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire de Paris*, I, p. 195, n° 171.

113. — *Geofroi, évêque de Beauvais, confirme les actes de son prédécesseur Anseau II, en faveur de St-Martin, au sujet de la cession au monastère de l'église de Méru.*

(Beauvais, 20 mars 1106, n. st.)

GAUSFRIDUS Dei gratia Belvacensis episcopus. Omnibus Sancte Matris Ecclesie filiis, sic currere per bona temporalia, ut non amittantur eterna. Ad noticiam t. f. q. p. volumus pervenire, quod illam concessionem et confirmationem quam fecit ANSELLUS episcopus *Bto Martino de Campis* de altare ecclesie de *Mairu* (220), nos quoque concedimus et confirmamus, et insuper circatam, que singulis annis solvebatur nobis de pred. ecclesia, eidem Bto Martino in posterum habendam concedimus, et capituli Bti Petri auctoritate, necnon hujus scripti testimonio, sigilli quoque nostri impressione, concessionem quam facimus confirmamus.

---

284. Sainte-Geneviève-des-Bois, ca. Longjumeau, ar. Corbeil.

285. Bièvres, ca. Palaiseau, ar. Versailles, avait pour seigneur Geofroi Bourdin, fils de Gui Lisiard de Montlhéry, de la famille Le Riche.

Actum *Belvaci* in *capitulo Bti Petri*, tertio decimo kalendas Aprilis, anno Incarnati Verbi millesimo centesimo quinto, indictione tertia decima. Presentes fuerunt PETRUS decanus, GUARNERUS archidiaconus, DROGO cantor, GUARNERUS succentor et multi alii canonici : Rotbertus, Gualterus, Ursio, Baldricus, Gualterus, Ursio, Hugo, Gualerannus, Ogerus, Hugo, Gualo, Gualterus, Guarnerus, Gualerannus.

GUALTERUS cancellarius scripsit et relegit.

A. Orig. S 1359, n° 1. Sceau perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 57, n° 122, incomplète. — *C*. Copie du XVIe siècle, LL 1353, fol. 79'.

114. — *Eustache de Boulaincourt, devenu infirme, se fait moine à St-Martin et lui donne, avec une dîme, le quart de l'autel de Berchères, réclamé plus tard par son beau-frère Guérin Besnus; celui-ci se désiste en présence de Hugues II du Puiset, son seigneur.*

(1106)

Ne alicujus vetustate temporis a memoria posterorum aboleretur, litteris adnotari decretum est quod quidam miles, EUSTACHIUS DE BOOLONCURTE (286), in infirmitate sua apud *Sanctum Martinum de Campis*, monachus factus, presentibus parentibus et amicis suis et concedentibus, donavit monachis Sti Martini, pro salute anime suæ et parentum suorum decimam de *Booloncurte* et quartam partem altaris de *Bercheriis* (286) cum omnibus ad eandem quartam partem pertinentibus, excepto cujusdam militis fevo. Huic dono presentes inter alios adfuerunt duo milites, WALTERIUS et WARINUS BESENUS, qui duas sorores ipsius uxores habuerant; et idem do-

286. Boulaincourt, éc. Villiers-le-Mahieu, ca. Montfort, ar. Rambouillet. — Berchères-la-Maingot, ar. Chartres (cf. charte de 1178, A. N. LL 1351, fol. 110). La *decima de Berceriis* est comprise dans la bulle de Calixte II en 1119. En 1107 Pascal II n'en parle pas, la donation d'Eustache ne porte du reste que sur le quart de l'autel. C'est sur elle que vinrent se greffer d'autres acquisitions. — Charmois, éc. St-Germain-le-Gaillard, ca. Courville, ar. Chartres.

num concesserunt. Postea vero Warinus Bese-nus, et Almalricus filius ejus, dono quarte partis altaris calumpniam intulerunt ; sed post multas causarum disceptationes, prius judicio, postea vero concordia, inter Warinum et filium ejus et eosdem monachos diffinitum est, quod Warinus et filius ejus, in presencia domni Hugonis de Puteacio (287) de cujus fevo eadem quarta pars altaris erat, pro animabus suis et duarum filiarum ejusdem Warini, pro anima etiam ejusdem Eustachii, idem donum quarte partis eisdem concesserunt, et ab eis pro eadem concessione sexaginta solidos *Carnotensis* monete acceperunt. Warinus etiam in manu Widonis fratris Hugonis de Puteacio (287), presente eodem Hugone, firmavit quod, si filius ejus postquam ad virilem ætatem perveniret, eidem dono vellet calumpniari, ipse in vita sua ab omni calumpnia faceret quiescere.

Hujus autem concessionis testes adfuerunt hi quorum nomina subscripsimus : Hugo de Puteacio et Wido frater ejus ; Rotbertus capellanus ; Rainaldus de Spieriis ; Tescelinus de Pevirs (288) ; Warinus brito ; Paganus filius Anselli et filius ejus ; Gilduinus filius Raimbaldi (254) ; Guntardus de Carmeto (286), Hugo prepositus, Albertus dapifer, Santho, Rodulfus prepositus. Postea vero Warinus et filius ejus capitulum Bti Martini venerunt, et presente capitulo, idem donum concesserunt. Post capitulum vero, ejusdem concessionis donum super altare Bti Martini posuerunt, presentibus monachis, presentibus etiam quibusdam aliis, quorum subscripsi-

---

287. Hugues, seigneur de Puiset, ici désigné, est Hugues II, tuteur de son neveu Hugues III, fils d'Ebrard III, et qui administra le Puiset de 1096 à 1106. La présence de son frère Gui, seigneur après lui du Puiset, comme tuteur de Hugues III, ne laisse point de doutes sur cette identification. Aucune allusion n'étant faite au fils d'Ebrard III, héritier de la châtellenie, il faut le supposer encore très jeune ; en 1096 il était au berceau, car la tutelle de Gui ne cessa qu'en 1109, et lorsque Hugues III prit l'administration de la châtellenie, il avait encore un précepteur.

288. Tescelin II, seigneur de Pithiviers, fils d'Aubert et neveu du chevalier Hugues, avait pour aïeux Tescelin Ier et Milesende (Coll. Moreau, XXX, 168). Aubert fit élever l'église de Pithiviers, dont l'évêque Geofroi d'Orléans, en 1091, confirma les libertés (Bruel, *Chartes de Cluny*, V, 10).

mus nomina : Drogo servus Sti Martini, Willelmus cementarius, Theudo major (272), Belinus et Lambertus famuli hospicii.

✠ Rosceline filie Warini; et Signum Richeldis filiæ ipsius ; et Signum Gauslene filie ipsius.

A. Original perdu.

B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 28, n° 60.

115. — *Concession faite aux religieux de Saint-Nicolas d'Acy, par le Chapitre de Senlis, de la dîme des animaux et bestiaux servant à leur usage, tant à Acy qu'à Avilly.*

(5 avril 1106)

In Christi nomine, notum fieri volumus omnibus sancte Ecclesie filiis tam presentibus quam futuris, quia domnus Theaubaudus, *ecclesie beati Martini* prior, ceterique fratres ejusdem loci, nostram adeuntes presentiam, humiliter poposcerunt quatenus *ecclesie Beati Petri Cluniacensis* cui se debebant, simulque *ecclesie Beati Martini*, necnon et fratribus qui ad *ecclesiam Beati Nicolai* deserviebant, de animalibus de *Accis* necnon et de omnibus bestiis quas apud *Aci* villam et *Avilli* (289) in dominio haberent, et eorum propriis usibus deservirent, decimam eis jure perpetuo concederemus. De his vero que ad medietarios darent, sine contradictione reciperemus. Quorum petitionem ego Warinus, *ecclesie Beate Marie* decanus, Haimo archidiaconus, Bartholomeus precentor, cum conventu ceterorum canonicorum dignam ducentes, voluntati eorum satisfaciendo adquievimus. Et ut hoc ratum et inconvulsum permaneret, literarum apicibus titulari disposuimus.

Actum nonis aprilis in *capitulo Beate Marie*, in presentia domni

---

289. Acy-en-Multien, ca. Betz, ar. Senlis (Oise). — Avilly, éc. St-Léonard, ca. Senlis.

Huberti episcopi, anno sexto pontificatus ipsius, millesimo scilicet centesimo sexto anno Dominice Incarnationis (290).

(Scellé sur double queue de parchemin, le scel brisé.)

A. Archives de Saint-Nicolas, Avilli, n° 1. Original perdu. — *B*. Cartulaire de Saint-Nicolas, n° 13, carta 5. — *C*. Copie d'Afforty, *Collection de Senlis*, t. XIII, p. 581.

Edit. Vattier, *Bulletin du Comité archéologique de Senlis*, 3e série, t. I (1886), pp. 50-80.

116. — *Hubert, évêque de Senlis, à la demande du roi désigné Louis et de Gui de la Tour son ami, confirme la donation de l'église St-Nicolas d'Acy, faite sous son prédécesseur Létaud par le vidame Robert II à St-Martin-des-Champs ; intervention de Gui de Raray, vidame en charge.*

(6 avril — 29 août 1106)

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Notum fieri volumus omnibus fidei catholice cultoribus t. p. q. f. quod donnus Teobaldus *Sti Martini æcclesiæ de Campis* prior, adiit presentiam nostram, petens ut donum quod fecerat *Bto Petro Cluniacensi* et *Sto Martino de Campis* Rotbertus vicedominus *de ecclesia Bti Nicolai* (299) sita

---

290. Le 5 avril se trouve deux fois dans l'année pascale 1106, qui a commencé le 25 mars pour se terminer, après douze mois et vingt jours, le 14 avril 1107. Mais une autre charte senlisienne étant datée de 1106 et de la 7e année d'Hubert, alors que l'acte du 5 avril est de sa 6e année, et ce prélat ayant été sacré par Pascal II, non sur la fin de 1099 comme on l'a cru, mais après le 5 avril 1100, il faut adopter pour la présente charte la date du 5 avril 1106. Thibaud Ier étant dès lors prieur, la mort de son devancier Ourson doit être fixée au 12 octobre 1105.

291. Guillaume de Massy (ca. Longjumeau, ar. Corbeil), fut un des quatre enfants de Jehan de Massy et de Rohais : il est nommé le premier, avec Aimon, Jehan II et Eudeline, mariée à Ebrard de Choisy qui mourut du temps d'Henri, prieur de Longpont (1086-1125). — Cf. ms. lat. 9968, nos 85 et 224. — Au convoi d'Ebrard assistaient Bouchard de Massy et son fils Geofroi dit Soudan. Bouchard avait pour frère Thouin (Ib. n° 142) ; il épousa Elisabeth, citée dans la notice 69 (nièce de Soudan de Paris). Leur fils Soudan de Massy succéda à Bouchard du vivant du prieur Henri ; il laissa d'Aveline deux fils, Aimon (Ib. n° 233) et Guillaume (Ib. n° 276). Marie, femme d'Aimon, fut inhumée dans ce monastère

in villa que dicitur *Aci* (284) et de terra quam ex dono ejusdem Rotberti possident ibi Deo servientes monachi, ego quoque laudarem et confirmarem, sicut antecessor noster donnus Letaudus episcopus, de cujus episcopale beneficio ipsam ecclesiam et terram idem Rotbertus tenebat, laudaverat et concesserat. Cujus peticioni ego Hubertus, Dei gratia, ecclesie *Silvanectensis episcopus*, assensum prebens, volentibus et deprecantibus canonicis nostris, decano scilicet Warnerio, Haimone archidiacono, Bartholomeo precentore, cum ceteris canonicis nostre ecclesie, intercedente etiam domino nostro Ludovico, jam in regem designato, et amico nostro Vuidone de Turri (292) et ceteris fidelibus nostris, supradictum donum lite-

---

auquel elle rendit la dîme de Villebon donnée jadis par Tescelin et qu'Aimon s'était appropriée (Ib. n° 276). — Guérin, son fils, témoin d'une charte en 1146 (n° 7), perdit, du temps du prieur Landri qui siégeait en 1136 (après 1125 et avant 1140), sa femme Aveline sœur d'André d'Ormoy (n° 340) dont il eut un fils unique nommé Guillaume (n° 20).

292. Gui de la Tour, que nous avons déjà rencontré le 1er mai 1099 comme seigneur féodal (n° **84**), est la tige des Bouteillers de Senlis. Il est mort un 9 mars, mais non pas vers 1090, comme on l'a supposé bien à tort lorsqu'à St-Nicolas d'Acy, on inscrivit sur sa tombe l'épitaphe que relate l'intéressant document suivant :

Procès-verbal de l'état et des inscriptions des tombes des fondateurs de St-Nicolas d'Acy

L'an 1562, le 12e jour d'avril après Quasimodo, par nous Jean Lobry et Nicolas de Cornuaille, notaires du Roy notre Sire au baillage et chastelenie de Senlis soubsignez, a la requeste de devote et religieuse personne damp Germain Nicolas prestre, prieur du prioré St-Nicolas d'Acy lez Senlis, a esté extrait de l'église dudit prieuré St-Nicolas, a sçavoir sur une tombe ou sepulture de pierre ou y a deux gisans ; au chef du premier gisant ces mots : « Fundator ecclesie » et à l'entour ces mots :

Hic jacet egregius Guido de Turre vocatus
Cui sit propitius Christus de Virgine natus.

Et au dessus dudit sepulchre, sur un table empreint en la muraille où sont gravés ces mots :

« Cy gist Gui de la Tour chevalier et sa femme fondateurs de l'eglise et monastere de ceans, lequel trespassa environ l'an mil quatre vingt et dix, le 9e jour du mois de mars, auquel jour est fait et celebré par chacun an un obit solennel en cette église et aumone generale par les religieux de ce lieu pour les ames desdits fondateurs, leurs parens et amis. Priés Dieu pour eux. »

Et encore au dessus est escrit semblablement : « Fundator ecclesie ». (*Suivent*

ris mandari decrevimus et sigilli nostri impressione corroboravimus. Ita tamen, considerata auctoritate ecclesie nostre, ut si contigerit, superveniente aliqua tribulatione, nos a divino officio cessare, et ipsi pariter cessent, sic tamen ut, januis clausis, divinum officium liceat eis celebrare. Si autem monachi ibi manentes ordinari voluerint, a *Silvanectensi episcopo* ordinentur vel, sua licencia, ab alio. Excommunicatos nostros nec vivos nec mortuos suscipiant. Presbiter qui ibi parrochianus prefuerit, episcopo et archidiacono et canonicis ecclesie, debitam subjectionem exibeat. Huic autem nostre concessioni et corroborationi interfuit VUIDO DE RARETO, tunc temporis vicedominus volens, et concedens. Ut autem hec cartula perpetuam firmitatem obtineat, eam nominibus et signis nostris signavimus.

✠ S. HUBERTI episcopi. S. WARNERII decani. S. HAIMONIS archidiaconi. S. BARTHOLOMEI precentoris. S. ODONIS, decani *Sti Reguli*. S. Haimonis sacerdotis. S. Gelrici sac. S. RADULFI, decani *Sti Franbaudi*. S. Waszonis diaconi. S. Radulfi diaconi. S. Bernerii subdiaconi. S. Hugonis. S. ODONIS KAROLI (*c*). S. ODARDI DE GOUIS. S. ODONIS DE NOA. S. Engelardi (*b*).

S. WIDONIS DE TURRI. S. WIDONIS DE RARETO. S. WILLELMI DE BESTISIACO. S. Arnulfi filii Heldiardi. S. Goisberti. S. BURDINI DE LEUNCURTE (*d*). S. ODONIS DE GONESSA. S. HERMERI DE VIETELLO (27). S. Goisleni.

Auctum (*e*) in *capitulo Ste Marie Silvanectensis*, anno Incarnati Verbi Ml° C° VI°, episcopatus autem domni HUBERTI episcopi anno

---

les deux vers ci-dessus). Dont ledit prieur nous a requis lettres, à luy octroyées ces ces présentes pour luy servir ce que de raison. Fait comme dessus.

J. LOBRY. DE CORNUAILLE.

Inerat olim dicti prioratus sacrarum edium pronao sequentes versus lapis continens :

Cœnobium hoc struxit Guido de Turre, perenne
Qui soboli nomen Buticulare dedit.

(Coll. Clairambault, vol. 562, p. 357. — D. Marrier. p. 294.)

VII. Regnante rege PHILLIPO et filio ejus LUDOVICO jam juvene.
Ego ARNULFUS cancellarius relegi et subscripsi.
(Traces de sceau plaqué sur *A*).

(*a*) Cette fin est supprimée dans la copie *C* et remplacée par : « Actum Silvanectensi (*sic*), anno Verbi incarnati M° C° VI° ». — (*b*) Ces mentions sont séparées des suivantes par un espace blanc de deux lignes, sur l'original *A*. Sur *A'* elles terminent le recto et sont suivies de ces mots : « In alia parte quere signa que remanent ; ibi invenies, absque ulla ambiguitate. » — (*c*) *B*, *C*. S. Karoli. — (*d*) *B*, *C*. Leincurte. — (*e*) *B*, *C*. Actum. — (*f*) D'après Luchaire (*Annales de la vie de Louis VI*. n° 40, p. 24), une édition de cette charte porte la mention de la 46e année de Philippe Ier. Elle serait dès lors antérieure au 29 août 1106 ; d'autre part, le sacre d'Hubert est postérieur au 5 avril 1100 ; sa 7e année a donc commencé au plus tôt le 6 avril 1106.

A. Original Arch. de l'Oise, H 2571. — *A'*. Copie du temps, Arch. de l'Oise, H 2571. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 66', n° 102. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 69', non collationnée. — *D*. Copie du XVe s., LL 1352, fol. 67'. — *E*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 75. — *F*. Copie du XVIIIe s., ms. fr. 15504, n° 63. — *G*. Copie de 1709, coll. Clairambault, vol. 562, p. 354.
Édit. a. Marrier, *Monasterii Sti Martini de C. historia*, p. 296, d'après *B*.
Ind. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 40, p. 24.

117. — *Baudri, évêque de Noyon, à la prière de Dreux et Guernon, moines de Cluny, donne à St-Martin-des-Champs les autels de Heudicourt et de Revelon, et la chapelle de Béthencourt.*

(Noyon, après le 1er septembre 1106)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Ego BALDRICUS, Dei gratia, *Noviomensis episcopus*, universis sancte Religionis cultoribus, salutem. Cum piam predecessorum nostrorum providentiam ecclesiarum cultoribus benigna largitione noverimus subvenisse, illorum exemplis informati, eorum vestigiis debemus adherere, et, in quantum possumus, Deo servientibus necessaria ministrare. Sciat igitur presens etas et futura, quosdam *Sti Petri Cluniacensis* monachos, DROGONEM scilicet et WERNONEM, ad nos venisse, et altare de *Heldincurt* (293), altare quoque de *Revelon* (294), cum appendenti

293. Heudicourt, ca. Roisel, ar. Péronne. — 294. Revelon, écart de Heudicourt.

capella de *Betencurt* (295) in *Peronensi territorio* sita, a nobis petiisse. Considerata ergo eorum devotione, immo *Cluniacensium fratrum* ab omnibus reverenda religione, concessimus eis, eorumque loco, *Sancto* videlicet *Martino in Campis*, predicta altaria perpetuo tenenda, GERARDO archidiacono nostro assentiente, Achardo quoque qui eadem altaria hactenus sub personatu tenuerat, ceterisque clericis nostris assentientibus ; ea scilicet conditione quod presbiteri eisdem altaribus servientes curam inibi pertinentem ab episcopo seu archidiacono suscipiant ; et debitam eis eorumque ministris obedientiam exhibeant, utque unoquoque anno, in festivitate Sti Remigii, solitum censum, octo scilicet solidos, eisdem sicut antea solvant ; sicque Sti Martini monachi prefata altaria, sub perpetua libertate, teneant.

Quod ut nostris seu futuris in temporibus ratum et inviolatum maneat, pontificali auctoritate confirmavimus, et sigilli nostri signo corroboravimus, clericis nostris presentibus et assentientibus : ROSCELINO decano, GERARDO archidiacono, LANTBERTO *Tornacensi archidiacono*, HUGONE thesaurario, RORIGONE preposito, PETRO cantore, GUIDONE cancellario, Arnulfo, Goisfredo, Radulfo, Desiderio, Odone, Bernero, Landrico.

Actum *Noviomi*, anno Dominice Incarnationis M° C° VI°, indictione XIIII, regnante rege PHILIPPO, episcopante domno BALDRICO.

A. Orig. K 20, n° 8². — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 86. — *C*. Copie du XIIe siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 62, n° 132. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 81, collationnée. — *E*. Copie du XVe s., LL 1352, fol. 79'. — *F*. Copie du XVIe siècle, LL 1353, fol. 93.
Ind. Tardif, *Monuments historiques*, n° 328.

117 *bis*. — *Donation de l'église Saint-Pantaléon de Beauvais avec ses dépendances, la vigne de Rougemont et le pré de Goincourt,*

---

295. Béthencourt, ca. Nesle, ar. Péronne.

par les frères Hugues et Garnier, qui y joignent leur propre maison, du consentement de Geofroi évêque de Beauvais.

(1100 — 30 avril 1107)

A. Original perdu.
Ind. Bulle de Pascal II, du 30 avril 1107 (n° **118** *infra*).

117 *ter.* — *Donations de l'autel de Courcelles, en Noyonnais, et de l'autel de Goussancourt, en Soissonnais, à Saint-Martin-des-Champs.*

(Avant le 30 avril 1107)

A. Originaux perdus.
Ind. Bulle de Pascal II, du 30 avril 1107 (n° **118**).

118. — *Le pape Pascal II, à la sollicitation du prieur Thibaud I, confirme à St-Martin-des-Champs, en outre des églises et possessions comprises dans la bulle de son devancier Urbain II de sainte mémoire : l'église St-Pantaléon de Beauvais, un pré à Goincourt ; en Parisis, les églises de Dugny, Arnouville* [-lès-Gonesse], *Eragny ; en Senlisois, celle de St-Nicolas* [d'Acy] ; *en Amiénois, celle de Ligny ; en Noyonnais, celles de Courcelles et Revelon ; en Soissonnais, celle de Goussancourt.*

(Saint-Denis, 30 avril 1107)

Paschalis episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Xristo filio Teobaldo priori monasterii *Sti Martini de Campis*, salutem et apostolicam benedictionem. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelium devotio celerem sortiatur effectum. Tui ergo desiderii, fili karissime, postulationibus annuentes, *Beati Martini monasterium* cui, ex venerabilis fratris nostri Hugonis *Cluniacensis abbatis* institutione, presides, presentis decreti auctoritate munimus ut, quemadmodum cetera *Cluniacensis cenobii* membra, semper sub Apostolice Sedis tutela permaneat. Cuncta etiam que inpresenti quinta decima indictione pertinere videntur, quieta

nobis semper et integra permanere sancimus : *Ecclesiam* scilicet *Sancti Pantaleonis* intra *Belvacum* (296), cum possessione duorum fratrum, Hugonis et Guarnerii et domo eorum propria, et aliis edificiis juxtapositis, et cum terra vacua extra murum, juxta prefatam ecclesiam sita, et vineam de *Ruberomonte*, et prato in *Guhincurte* (297), et cum hospitibus ante portam civitatis, sicut a supradictis fratribus pro sua et parentum salute oblata, et Gaufredi *episcopi Belvacensis* favore concessa et in nostra presencia sunt confirmata. Item, in *pago Parisiensi*, ecclesias de *Duniaco* (108), de *Ermenovilla* (298), de *Eriniaco* (222), a venerabili fratre nostro Gualone episcopo vobis concessas. In pago *Silvanectensi*, ecclesiam *Sancti Nicholai* (299) cum appendiciis suis. In *Ambianensi* pago, ecclesiam de *Liniaco* (276) cum appendiciis suis. In *pago Noviemensi* altare de *Curcellis*, et altare de *Ruveron* (287). In *pago Suessionensi* altare de *Gozencurte* (300). Et cetera que predecessoris nostri, sancte memorie pape Urbani secundi, privilegio continentur. Quecunque preterea a quibuslibet de suo jure eidem loco collata sunt, et in futurum conferri contigerit, firma semper et illibata permeant, tam a te quam ab aliis qui, per Cluniacenses abbates, eidem loco prepositi fuerint, perpetuo possidenda, regenda ac disponenda. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat idem cenobium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed

---

296. Cette église devait appartenir à la famille issue de « Pantaléon de Breteuil » qui, avec sa femme Adèle, ses fils Pierre, Gui et Evrard, est cité dans un acte du 26 avril 1080 (Coll. Baluze, XXXVIII, 92). On l'a regardé comme un cadet de la maison de Breteuil dont il ne fut peut-être que l'allié. Cf. Louvet, *Remarques sur la noblesse du Beauvoisis*; Ad. de Dion, *les Seigneurs de Breteuil*, p. 12 ; Mémoires de la Société de l'Histoire de Paris, t. X (1883).

297. Goincourt, ca. Beauvais.

298. Arnouville-lès-Gonesse, ar. Pontoise. (Cf. Longnon, *Pouillés du diocèse de Paris*, t. IV, p. 435).

299. Saint-Nicolas, écart de Courteuil, ar. Senlis. Voir la charte n° **116**.

300. Goussancourt, ca. Fère-en-Tardenois, ar. Château-Thierry. Cette paroisse est très rapprochée de Sainte-Gemme (Marne), comme le remarque D. Marrier (p. 532).

omnia integra conserventur eorum, pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in crastinum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine Domini redemptoris nostri Ihesu Xristi, aliena fiat, utque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus, sit pax Domini nostri Ihesu Xristi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Datum apud *Monasterium Sancti Dionisii*, per manum Johannis, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis ac bibliotecarii, II Kal. Maii, indictione xv, Incarnationis Dominice anno M. C. VIII, pontificatus autem domni Paschalis anno VIII (*a*).

(*a*). L'année du pontificat doit être retenue ; elle date la charte du 30 avril 1107 (et non 1108), car Pascal II fut élu pape le 14 avril 1099. C'est en effet, en 1106-1107 que ce souverain pontife séjourna en France.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 72, n° 109. — *C*. Copie du XIIᵉ siècle, id., fol. 46', n° 103, incomplète des notes chronologiques. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 1', d'après *B*.

Edit. *a*. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 153, d'après *B*. — *b*. Migne, *Patrologia latina*, t. 163, p. 209. — *c*. Robert de Lasteyrie, *Cartul. gén. de Paris*, t. I, p. 162, n° 141.

Ind. Jaffé-Wattenbach, t. I, n° 6131 (4559), p. 730. — Bruel, *Chartes de Cluny*, t. V, p. 208, n° 3857, d'après *a* ; il considère la date de cette charte comme « un noûvel exemple du style pisan ». Cf. *Art de vérifier les Dates*, t. II, p. 283.

119. — *Galon, évêque de Paris, concède à St-Martin-des-Champs les autels d'Ermgny, Arnouville[-lès-Gonesse], Dugny et Livry, de concert avec Guillaume, archidiacre de Parisis.*

(Paris, 1ᵉʳ mai — 3 avril 1107)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Quoniam apostolicis instruimur documentis, quatinus bonum ad omnes, maxime autem

ad domesticos fidei operemur, cura sollicitudinis adhibenda est ut eorum precipue qui mundo mortui, pauperes spiritu, cumtemplationi vacare studuerunt, necessitates et angustias oculo misericordie respiciamus, eorumque indigenciam nostre largitatis habundantia temperemus ; ut, per bonorum operum exhibitionem, in eterna tabernacula nostram preparemus cum Xristo mansionem. Ego igitur GUALO, Dei gratia, *Parisiorum episcopus,* et GUILLELMUS, archidiaconus, monachis *Sti Martini de Campis* quatuor altaria, cum omnibus ad ea pertinentibus, ob remedium animarum nostrarum, precibus quidem domni TEBALDI, ejusdem loci prioris, perpetuo jure possidenda concedimus : unum scilicet altare in villa que *Erinniacus* (222) nuncupatur, in honore Sti Germani consecratum ; aliud vero in *Ermenolvillam* (298) in honore Sti Dionisii dedicatum ; tercium apud *Duigniacum* (108) in honore Sti Dionisii fundatum ; quartum in villa que *Liviriacus* (301) vocatur, in honore *Sti Justini* consecratum. Et ne res ecclesiastica a nostra manu omnino alienata esse videatur, sinodos, circadas, reconciliaciones, curam animarum parrochianis presbiteris a nobis commissam, in supradictis ecclesiis retinemus, et nullum debite subjectionis obsequium relaxamus. Ut autem hujus concessionis assercio inviolabili firmitatis fultiatur privilegio, presentem cartam posteris scilicet ac presentibus memoriale manibus nostris firmavimus, manibusque cumcanonicorum nostrorum firmandam tradidimus.

✠ Signum GUALONIS episcopi. S. BERNERI decani. S. ADE precentoris. S. GUILLELMI archidiaconi. S. STEPHANI arch. S. RAINALDI arch. S. Durandi pr[esbiter]i. S. Herberti pr[esbiter]i. S. Landonis pr[esbiter]i. S. Anscheri levite. S. Hilduini levite. S. Johannis levite. S. Fulberti subdiachoni. S. Tebaldi subdiaconi. S. Goifridi subdiachoni.

Actum publice *Parisius,* in *capitulo Beate Marie,* anno Incarnacionis Dominice. M. C. VII., indictione xv, epacta xxv, cumcurrente

---

301. Livry, ca. Le Raincy, ar. Pontoise (S.-et-O.)

i, PHILIPPO rege regnante anno quadragesimo septimo, anno episcopatus GUALONIS III°. GIRBERTUS cancellarius scripsit. (*a*)

A. Orig. K 20, n° 9³. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 80'. — *C*. Copie du XIIe siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 54, n° 117, incomplète des notes chronologiques. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 37', collationnée sur *A*. — *E*. Copie du XVIe siècle, LL 1352, fol. 37'. — *F*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 37. — *G*. Copie du XVIIIe s., ms. fr. 15504, fol. 54.

Edit. Marrier, *Monasterii S. Martini... historia*, p. 497.

Ind. Tardif, *Mon. hist.*, n° 331.

120. — *Procès-verbal d'un jugement rendu, par délégation du Pape, entre les chanoines de la cathédrale et les moines de St-Martin de Tournai, au château de Cappy, en présence d'Honoré, curé de St-Médard de Cappy.*

(17 juillet 1108)

De querimonia inter canonicos Tornacenses et monachos Sancti Martini [Tornacensis].

PASCHALIS episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus et *coepiscopis* LAMBERTO *Atrebatensi* et JOHANNI *Morinensi*, salutem et apostolicam benedictionem. Querimonia *Tornacensium canonicorum* jamdiu adversus *monachos Sancti Martini* exagitata adhuc vehementius exagitatur. Unde Dilectioni vestræ mandamus ut locum utrisque partibus competentem constituatis, et prædicta querimonia diligenter examinata, eam penitus decidere, et remota appellatione debitum finem imponatis, ut nullus per Dei gratiam querimoniæ locus ulterius relinquatur.

LAMBERTUS Dei miseratione *Atrebatensis episcopus* dilectis in Christo fratribus atque *abbatibus*, HENRICO *Vedastensi*, ALBERTO *Hasnoniensi*, FULCARDO *Marcianensi*, per eam quæ in Christo est obedientiam, ad æternam pervenire lætitiam. Scire volumus Dilectionem vestram Nos et *Episcopum Tarvanensem* litteras nuper ab Apostolica Sede suscepisse, quæ nobis injungunt ut canonicis sanctæ *Turnacensis Ecclesiæ* et monachis *Sancti Martini Turnacensis* diem et locum constitueremus, ubi querimoniam quæ diu

inter eos agitatur diligenter auditam, remota appellatione, ad de-tum finem, per Dei gratiam, perducere studeremus. Nos vero, li t inviti pro gravis et diutinæ infirmitatis nostræ timore, hujus neg ii actionem apostolica auctoritate suscipientes, eadem auctorit e mandamus et Fraternitati vestræ injungimus quatenus, rem a omni occasione, XIII Kal. Augusti, apud Capi, castellum stre i militis domini Roberti Peronensis, nobis et causis sanctæ Romaæ Ecclesiæ in consilium et auxilium adesse non negligatis. B e valete in Domino semper, et orate pro nobis.

Suit le procès-verbal de l'assemblée dressé le 17 juillet : « Act n apud *Capi* (76), in *ecclesia Sancti Medardi*, gloriosi confessoris t episcopi, XVI Kal. Augusti, indictione I, Incarnationis domin e anno MCVIII, pontificatus autem domni PASCHALIS II pape an o tertio. » *Parmi les témoins* : « HONORATUS presbiter de *San o Medardo.* »

Edit. Baluze, *Miscellanea*, éd. in-8°, lib. V, t. V, pp. 369-375.

121. — *Adam* (de Senlis), *échanson du Roi, donne pour la rédem-tion de son âme douze arpents de terre à Survilliers ; approbat n de son frère Pierre.*

(4 août 1107 — 2 août 1108)

Noverint presentes et futuri quod ADAM, pincerna, dedit æccle e *Sti Martini de Campis*, pro redemptione anime sue, XII arpen s terre apud *Sordidam villam* (87) ; et hoc donum concessit PETI s frater ejus, et pro concessione habuit XXX solidos denariorum.

Hujus donationis et concessionis testes sunt : WIDO DE TU E (292), HERMERUS DE VIETELLO (37), WARNERUS ROTUNDELLUS, BER-

(*a*) Galon fut transféré de Beauvais à Paris et compta ses années du 6 a t 1105 (note 310). La charte est, d'autre part, postérieure au 30 avril 1107, puis o la bulle de Pascal II, reproduite ci-dessus, ne vise que trois autels sur qu o énoncés ici, et ne dit mot de Livry. Enfin, la 47° année de Philippe Ier prend n le 3 août 1107.

REDUS DE PLALLI (229). PETRUS filius ODONIS DE GONISSA (94). Riboldus major, GIROLDUS filius HAIMERI (302).

Hoc donum factum est regnante PHILIPPO *rege Francorum*, ultimo anno regni ejus.

A. Original perdu. — B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 6-7, n° 14.

122. — *Donation de deux arpents de terre à Issy par Adam-Payen et Béatrice, sa femme.*

(Vers 1108)

Notum fieri volumus Xristi fid. f. et p. quod ADAM cognomento PAGANUS (303) et BEATRIX uxor ejus dederunt aecclesiæ *Sti Martini de Campis* duos arpennos vinearum apud *Huxiacum* (304), quarum supradicta Beatrix super sacrosanctum altare Sti Martini, quia de ejus hereditate erant, donum posuit, testibus existentibus his, qui in supradicta communi æcclesia erant, et ad hoc videndum et audiendum vocati sunt. Quorum nomina in subsequenti memoriter retinentur conscripta : Odo, Hildigerius, Heimericus, Stephanus filius Arnulfi ; Simon, Giroldus, Rotbertus filius Hermeri Adelelmi ; RODULFUS filius RODULFI BELLI DE MONTEMORENCII, YVO fratrer ejus (305), Odolricus falconarius, Helgodus servus æcclesiæ, Landricus,

---

302. Gerond, fils d'Hermer ou Haimeri de Pontoise, seigneur du Val-Hermer et du Vau-Gerond près Pontoise (Appendices au *Cartul. de St-Martin de Pontoise*, p. 298). Hermer de Pontoise ne doit pas être confondu avec Hermer de Vielel, ainsi nommé parce qu'il habitait le quartier de Senlis où se trouvait Saint-Vincent (Ibid., note 247).

303. Adam Payen, fils de Rohais, est témoin d'une charte de Payen Hérisson, seigneur de Neuilly-sur-Marne, antérieure au 1 novembre 1096 (n° 63). D'autre part deux témoins sont les fils de Raoul le Bel, témoin lui-même en 1094 (n° 48 supra). La plupart des autres témoins ne se rencontrent plus après les dernières années du XIe siècle. Ces considérations nous ont engagé à placer cette pièce au début du priorat de Thibaud I.

304. Issy-les-Moulineaux, ca. Vanves, arr. Sceaux (Seine).

305. Raoul II Le Bel, seigneur de Villiers-le-Bel et de plusieurs autres terres, de concert avec sa femme Lisoie, donna à St-Martin l'église de Domont, sous

Rodulfus, Lambertus de Corbeia, Drogo cocus, Hubertus, Gaufredus cocus.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 34', n° 74.

123. — *Galeran du Puiset, seigneur de Villepreux, donne la terre d'Aulnay près Saint-Cloud* (Suresnes) ; *Gui, son frère, qui tenait alors le château du Puiset* (comme tuteur de leur neveu Hugues III) *approuve ce don, en présence de Mathieu I, comte de Beaumont, et de Bouchard IV de Montmorency*.

(1108)

Sciant omnes Stæ Aeclesiæ filii presentibus et futuris quod Walerannus de Villaperor (41) dedit *æcclesiæ Sti Martini de Campis*, pro anime sue requie et parentum suorum defunctorum salute, terram que *Alnetus* dicitur, consistentem apud *Stum Clodoaldum* (312). Hoc donum fecit idem Walerannus prius in capitulo, coram senioribus, et postea super Sti Martini altare posuit, audientibus et videntibus testibus quorum ista sunt nomina : Hugo de Aveneriis (307), Matheus de Villaperor, Warinus frater majoris (36), Bernardus de Aneto (13), Johannes pauper, Ansoldus sutor, Walterius frater Drogonis, Otrannus famulus Prioris, Belinus de *Hospicio*.

Hoc donum concessit Wido qui tunc tenebat *castrum Puteoli* (10),

---

Thibaud I, et plus tard, celle de Saint-Brice dont la dîme fut donnée par Mathieu, son fils, en 1148.

Raoul III et Mathieu le Bel, enfants de Raoul II, figurent ensemble parmi les chevaliers du baron de Montmorency en 1140 (A. N. K 23, n° 6[4] ; Tardif, *Monuments historiques*, n° 448). Raoul III Le Bel de Villiers confirma en 1142 la donation de la dîme d'Athis à St-Victor de Paris (A. N. K 23, n° 6[13]). Il est cité en 1159 comme seigneur principal de la grosse dîme d'Athis, avec Gui IV de Senlis et sa femme Marguerite de Clermont (A. N. K 24, n° 3[2]; Tardif, 537). — Mathieu Le Bel épousa Ade et fut père d'Amauri (Ed. de Barthélemy, *Recueil des chartes de Montmartre*, p. 95), et d'Adam, cité avec ses parents en 1148 (LL 1351, fol. 45). — Jean Le Bel fut un troisième fils de Raoul II (Coll. Baluze, LV, 271).

quia frater WALERANNI erat, audientibus his testibus : MATHEO comite BELLIMONTIS (306), BURCHARDO DE MONTEMAURINCIO (226), Walterio filio Rosseti, Warnerio fratre ejus ; WALTERIO preposito, OILARDO filio ejus, Petro de Masnile, PETRO DE PETREFONTE (308), THOMA DE ENTREVILLA (309).

His ita gestis, aliquanto tempore elapso, HUGO filius EBRARDI ad quem, paterno jure, predictum castrum Puteoli pertinebat, quadam die ad *Stum Martinum* venit, et rogatus a (*a*) domno Teobaldo priore et domno GILDUINO fratre predicti WALERANNI (254), concessit donum quem patruus suus fecerat, et accedens ad altare, posuit donum super illud, coram positis his testibus : Walterio scutario, BERNERIO filio WARNERII LONGI, Radulfo filio Malgoti, Walterio vicario, Rotgerio filio Joscelini, BURDINO cognato RAINARDI RUFI, Ber-

---

306. La présence de Mathieu Ier, comte de Beaumont-sur-Oise, beau-frère de Bouchard IV de Montmorency, est intéressante à relever dans une charte intéressant St-Martin-des-Champs en 1108, car peu de temps après il confiait à la congrégation parisienne le prieuré de St-Léonor de Beaumont fondé par ses ancêtres. C'est dans la période qui sépare les bulles de Pascal II et de Calixte II (1107-1119) que St-Martin conquit ce nouvel établissement : la charte de Mathieu Ier, donnée en 1110 (n° **138**), suivit vraisemblablement de très près l'installation des moines parisiens dans son château.

307. Avenières, à l'extrémité de la forêt de Marly, touchant Feucherolles (ca. Marly-le-Roi, ar. Versailles) qui est voisin de Villepreux. Au XVIIIe s., il est encore question de la seigneurie d'Avenières (Jos. Tardif, *Bibl. de l'École des Chartes*, 1898-1899. Coüard, *Bul. de la Com. des Antiq. et Arts de Seine-et-Oise*, 20e vol. [1900], pp. 41-53). Cette terre appartenait, au XIIIe siècle, à une branche de la famille des Gasce de Poissy.

308. Pierrefonds, ca. Attichy, ar. Compiègne. — Pierre est l'aîné des fils de Nivelon II, châtelain de Pierrefonds, le neveu de Hugues, évêque de Soissons (1093-1103). Hugues persuada à son frère de donner à Marmoutier l'église de St-Mesme, dans la tour de son château de Pierrefonds. Nivelon II s'y décida « antequam pergeret in viam Hierusalem », donc avant 1102. Nivelon était alors l'époux d'Avoise qui lui avait donné quatre fils : Pierre, Ançoul, Nivelon III et Dreux (A. N. K 20, n° 621 ; *Gallia Christiana nova*, X, Instrum., col. 106). Nivelon III devint sire de Pierrefonds après la disparition prématurée de son frère aîné Pierre et l'entrée dans les ordres d'Ançoul, archidiacre de Soissons dès 1113. Cf. le document **142**, prouvant que c'est seulement quatorze ans après la donation qu'elle fut approuvée par Lisiard, successeur de l'évêque Hugues, et put sortir enfin son plein effet.

309. Intreville, ca. Janville, ar. Chartres.

nardo filio Haimerici (omnes hi de *Belvaco*); Teobaldo magistro ejusdem Hugonis.

(*a*) *B* ad.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 14', n° 31.

VI

Actes concernant Saint-Martin-des-Champs sous le règne de Louis VI le Gros

124. — *Galon, évêque de Paris, confirme la donation de la « villa » d'Aulnay par Galeran le Villepreux à St-Martin, avec l'adhésion du comte Robert Ier de Meulan et des Seigneurs du Puiset, qui tenaient en fief cette terre de l'Église de Paris.*

(3 août 1108 — 6 avril 1109)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Quoniam juxta Apostolicum, « qui manet in caritate, in Domino manet, et Deus in eo », necessarium est confratrum nostrorum necessitatibus nos condescendere, et aurem misericordie necessaria petentibus misericorditer aperire, ut per matrem omnium virtutum Caritatem, templum Dei, vas electionis efficiamur, et in die districti examinis, si misericordes hic fuerimus, Deum nobis misericordem ac propitium invenire mereamur. Scriptum est enim : « Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur ». Ego igitur Gualo, Dei gratia *Parisiorum episcopus* (310), misericordia quidem motus, caritatis que non agit perperam, igne accensus, quamdam terram que vocatur

---

310. Galon était déjà évêque de Paris le 30 juillet 1104, date du Concile de Beaugency. Foulques, qui occupait ce siège, étant mort le 8 avril, les rois Philippe et Louis, qui avaient enlevé à Galon l'évêché de Beauvais, se réconcilièrent avec lui et obtinrent du Pape qu'il fût transféré à Paris, ce que Pascal II finit par accorder, par ses bulles du 6 avril 1105 (Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, p. 18, n° 29). Galon a toujours compté ses années de pontificat à Paris de cette dernière date. Cette charte se place donc entre le 3 août 1108 (date du sacre de Louis VI) et le 6 avril 1109.

Alnetum ecclesie *Sti Martini de Campis*, concordi quidem canonicorum nostrorum assensu, jure perpetuo habendam concessi : salvis quidem consuetudinibus quas Parisiensis episcopus in terram illam habebat, tempore Gualeranni de Villaperor qui pred. villam possidebat. Huic autem dono Robertus comes de Mellento, qui terram illam a nobis in feodum habebat ; Guido etiam de Puteaco et Gualerannus frater ejus ; Hugo quoque filius Evrardi de Puteaco ad quem pertinebat hereditas illius feodi ; isti, inquam, omnes legitimum assensum prebuerunt ; ita scilicet ut *ecclesia Sti Martini* terram illam possideret sicut predictus Gualerannus possidebat, eo die quo donum istud factum est.

Facta est autem hec concessio et hoc donum hac conditione ut, salvo in omnibus jure et consuetudine *Parisiensis episcopi*, neque hospites nostri neque res eorum contra voluntatem nostram vel successorum nostrorum in predictam terram recipiantur. Diffinitum est etiam et omnino concessum ut quandocunque aut ego aut quilibet successor noster, *Parisiensis episcopus*, centum libras monete ad medietatem prefate ecclesie Sti Martini inpenderet, eadem ecclesia vel nobis, vel successoribus nostris medietatem pred. terre et omnium ad illam pertinentium ex integro habendam, concederet ; ea videlicet conditione ut denominata pecunia de rebus quidem episcopi propriis vel sibi commodatis, traderetur, et nulla alia persona, quasi sub nomine episcopi, ad possidendam terram illam admitteretur. Determinatum est etiam ut postquam medietas illa in dominium episcopi deveniret, neque episcopus absque priore *Sti Martini*, neque ille absque assensu episcopi, vel talliam, aut aliquem alium questum a predicta terra exigeret.

Ut autem hec concessio et conditio perpetue stabilitatis muniantur privilegio, presentem cartam fieri decrevimus, et in testimonium veritatis figuris nominum nostrorum illam signavimus.

† Signum Gualonis episcopi. S. Berneri decani. S. Ade precentoris. S. Guilelmi archidiaconi. S. Stephani archidiaconi. S. Rainaldi archidiaconi. S. Duranni presbiteri. S. Alexandri presbiteri. S. Landonis presbiteri. S. Fulconis levite. S. Hilduini levite. S. Guine-

ranni levite. S. Fulberti subdiaconi. S. Guidonis subd. S. Roberti subd.

Actum publice *Parisius* in *capitulo Bte Marie*, anno ab Incarnatione Domini M° C° VIII°, indictione xv^{ma}, epacta xvii, concurrente iii°, Ludovico rege regnante anno i, anno episcopatus Gualonis iiii°.

Girbertus cancellarius subscripsit.

A. Orig. K 21, 1[13], ancien S 1327[1]. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 70, n° 107. — *C*. Copie du xiie siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 56, n° 120 (incomplète des notes chronologiques). — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 38, collationnée et complétée, avec cette note : Visa et collata fuit presens carta ad suum autographum, cui adfixum est sigillum oblongum, spissitudinis duorum digitorum, quodque vetus œnum redolet admodum, in quo figura stantis pontificis cum his verbis : SIGILLUM GUALONIS PARISIENSIS EPI. — *E*. Copie du xve s., LL 1352, fol. 38. — *F*. Copie du xvie s., LL 1353, fol. 38. — *G*. Copie coll. par Afforty, Coll. Moreau, XLIII, 173.

125. — *Heutrude de St-Cloud donne à St-Martin douze hôtes à Aulnay près Saint-Cloud, et, après sa mort, tous ses biens meubles, du consentement de ses deux oncles.*

Notum fiat omnibus presentibus et superventuris Xristi fidelibus quod quedam mulier de *Sancto Clodoaldo*, Heltrudis nomine, concedentibus avunculis suis Engelardo atque Bernerio, dedit æcclesiæ *Sti Martini* xii hospites et domum suam cum omnibus vineis suis et omnia quecunque habet, et post mortem suam omnem mobilem censum suum, audientibus et videntibus his testibus : Enardo majore, Huberto sutore, Herulfo de Sancto Clodoaldo, Teudone majore (272) et Warino fratre ejus (36), Mainardo et Huberto vinitoribus, Lunano servo Sti Martini, Belino, Alberico Terneldo (219), Gisleberto de Altoil (311).

Prior autem Sti Martini dedit predicte mulieri, quamdiu vixerit, omnibus annis, novem sextaria annone, et tres modios vini, duos

311. Auteuil, village compris maintenant dans Paris.

quoque solidos ad calciamenta comparanda. Mulier autem et XII hospites cum omnibus suis apud *Alnetum* juxta *Stum-Clodoaldum* consistere videntur (312).

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 20-21, n° 43.

126. — *Ives, évêque de Chartres, et Thibaud Ier, prieur de St-Martin-des-Champs, après des sollicitations réitérées auprès du roi Louis VI pour qu'il mît fin au schisme de la métropole de Reims en expulsant l'intrus Gervais II de Rethel, élu par un groupe de chanoines, et en rendant sa faveur à l'élu régulier, Raoul le Vert, déjà sacré en août 1108, obtiennent enfin qu'à l'assemblée de Noël, à Orléans, le roi reçoive le serment d'obéissance de Raoul. Ives et Thibaud s'excusent auprès du pape Pascal II d'avoir coopéré à cette entente et engagé Raoul à subir les exigences de la Cour royale, qui lui a imposé ce serment.*

(Fin décembre 1108)

Paschali summo Pontifici, Ivo humilis *ecclesiæ Carnotensis* minister, dilectionem filii et obedientiam per cuncta subjecti.

Notum esse volumus Excellentiæ vestræ, quia ego et domnus Theobaldus, *Beati Martini monasterii Parisiensis* prior, audientes miserabilem et mirabilem Remensis ecclesiæ desolationem, ausu familiaritatis opportune et importune *regem Francorum* interpella-

---

312. Cette donation pourrait être une suite de l'acquisition énoncée dans la charte qui précède. La présence du maire Thion laisse à penser aussi qu'elle se rapproche beaucoup de cette date. — Sur les « calciamenta comparanda », cf. note *a*, p. 165.

D'après Lebeuf (*Histoire de la ville et du diocèse de Paris*, édit. Bournon, t. III, p. 37), la terre de l'Aunay, à Saint-Cloud, fut tenue en fief par Jean de la Barre, comte d'Etampes (13 avril 1526-février 1534). En 1551, l'archevêque de Tours passa titre nouveau aux religieux de St-Martin pour ce qu'il y avait, ce qui fut ratifié par l'évêque de Paris.

Une note marginale du *Liber Testamentorum* rattache cet Aunay à Suresnes. Lebeuf n'en précise pas l'emplacement.

vimus, quatenus prædictæ ecclesiæ, expulso invasore Gervarsio, pacem restitueret, et domnum Radulfum, ejusdem ecclesiæ metropolitanum, in gratiam suam receptum, eidem ecclesiæ præesse concederet. Acquievit tandem precibus nostris et concessit ut eum ad curiam suam, que Aurelianis in Natali Domini congreganda erat, secure adduceremus et ibi, cum eo et cum principibus regni, de hoc negotio, quantum fieri posset salva regni integritate, tractaremus. Factum est ut condictum erat, et convenientes in curiam multiplicatis intercessoribus petitionem nostram semel et sepius replicavimus. Sed, reclamante curia, plenariam pacem impetrare nequivimus, nisi prædictus metropolitanus per manum et sacramentum eam fidelitatem regi faceret, quam prædecessoribus suis *regibus Francorum* antea fecerant omnes *Remenses archiepiscopi*, et cæteri *regni Francorum* quamlibet religiosi et sancti episcopi. Quod, persuadentibus et impellentibus totius curiæ optimatibus, etsi propter mandatorum rigorem minus licebat, factum est tamen, quia ecclesiasticæ paci et fraternæ dilectioni sic expediebat. Cum enim « plenitudo legis sit charitas (*a*) », in hoc legibus obtemperatum esse credimus, in quo charitatis opus impletum esse cognovimus — — (*b*) Haec dicendo tamen doctam Paternitatem Vestram non docemus, sed Eamdem consulendo et rogando monemus, ut ibi consilii et pietatis studeatis visceribus abundare, ubi fas non est debitam fortitudinem exercere. Valete.

Ivo Carnotensis episcopus, epist. 190; *éd.* D. Bouquet, *Recueil de histor. de France*, XV, 146; Migne, *Patrologia latina*, vol. 162, col. 196-197. — Cf. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 60, pp. 32-33, qui a précisé la date (3 août-25 décembre 1108) des événements y relatés. La lettre a été écrite peu après l'assemblée d'Orléans (Noël 1108). Bréquigny l'avait reportée sans motif à l'année 1107 ; les termes de la lettre montrent bien que Louis VI est seul roi.

(*a*) B. Pauli ad Romanos epistola, cap. 13.

(*b*) Les signataires de la lettre apportent ici divers exemples de la tolérance de l'Église lorsque les infractions aux canons sont motivées par des cas de force majeure ou le salut des peuples.

127. — *Gervais I de Châteauneuf-en-Thimerais, jadis sénéchal du Roi, donne, entre autres bienfaits, à St-Martin le tiers de la seigneurie de St-Omer-en-Chaussée qu'il avait acquise d'un de ses chevaliers, Hugues Poncher.*

Du consentement de sa femme Mabile, il donne à St-Martin la terre de Mamerault, qui sert à indemniser le chapitre de Paris, au temps de l'évêque Guillaume (mai 1095-17 août 1102). *Plus tard, pour la pitance des moines le jour des Rameaux, il renonce en leur faveur au droit de travers qu'il avait à Mantes sur les tonnes de vin et, pour l'achat de poisson en Carême, il donne la dîme de tout le travers de Milly et de Conty.*

(1106-1109)

Noverint p. et f. quod vir quidam nobilis GERVASIUS, regis PHILIPPI quondam dapifer (313), inter multa beneficia que *æcclesiæ*

---

313. Gervais succéda comme sénéchal de Philippe Ier, dès 1081, à son devancier Adam, promu au dapiférat en 1079, et qui exerçait peut-être encore sa charge en 1080. Son dernier acte est de 1090. La même année ou la suivante au plus tard il fut remplacé par Manassé, et celui-ci dès 1091 par Gui de Rochefort (Maurice Prou, *Recueil des Actes de Philippe Ier*, Introd., p. 138). — Quant à la seconde notice, il résulte d'une charte confirmative d'Eudes III, év. de Beauvais (LL 1351, fol. 68) que ce *Gervasius miles* fut *dapifer regis*. C'est *Gervais I de Châteauneuf-en-Thimerais*, nommé avec sa femme, ses quatre fils et ses deux filles dans une charte de 1104 (Coll. Moreau, XLI, 149). Mabile survécut à son mari ; elle est citée avec son fils Hugues II et sa bru Auberée, fille du comte Robert I de Meulan (Coll. Baluze, XXXVIII, 231). — Elle était probablement sœur de *Sagalon III de Milly*, d'où lui seraient venus les droits sur les travers de Milly et de Conty, qui paraissent bien avoir fait partie de sa dot. Amicie, fille aînée de Sagalon III et héritière de Milly, unie à Pierre de Gerberoy, eut une fille appelée *Mabile*.

La mère de Mabile de Châteauneuf est connue par une lettre d'Ives de Chartres. C'est une autre Mabile, sœur de Robert de Bellesme et fille de Roger de Montgommery. Josseline, mère de Roger, avait elle-même pour mère Seufrie, sœur de la duchesse Gonnor de Normandie. Ives s'opposa, en vertu de cette généalogie, au mariage de Hugues de Châteauneuf, fils aîné de Gervais, avec une fille du roi Henry Ier d'Angleterre, lequel eut Gonnor pour trisaïeule. Aucun compte n'ayant été tenu de ses menaces, Ives excommunia le jeune Hugues. Le légat du Saint-Siège, Conon de Préneste, paraît lui avoir donné tort (Migne, *Patrologia latina*, t. 162, pp. 265, 270, epp. 261, 266). Cependant Hugues ayant fini par épouser la sœur de Galeran II, comte de Meulan, partagea en 1124 le sort de celui-ci, qui, s'étant révolté contre Henry Ier, fut défait et puni.

Sti Martini de Campis contulit, etiam decime terciam partem *Sti Audomari* juxta *Milliacum* (314), quam a quodam milite suo, nomine HUGONE PUNHERIO, emerat, predictæ æcclesiæ Sti Martini dedit, et donum super altare posuit, audientibus testibus quorum hæc sunt nomina : HUGO DE PUTEOLO et HUGO prepositus de eodem castro; Sangualo, Bernardus panetarius; Alexander custos equorum; Bernardus puer, Herluinus filius Helgoti.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 41, n° 87.

Presentibus et futuris notificamus quum amicus noster GERVASIUS miles (313) concedente MABILIA uxore sua, preter multa alia que enumerari non possunt, donavit Sto Martino terram de *Marmerello* (315), de qua, ipso volente, adquietavimus pastum *canonicorum Parisiensium*, vivente et concedente WILLELMO episcopo. Donavit etiam ad refectionem monachorum in die Palmarum quod apud *Medantum* habebat de transeuntibus tonnis ferentibus vinum deorsum. Et ad pisces emendos per Quadragesimam, in usus monachorum, dedit decimam tocius transversi de *Milliaco* (314), et de *Contivo* (316) quoque loco transversum prefatum accipitur. Et insuper, concedentibus uxore sua et filiis suis, concessit quicquid de feodo ipsius dare vellet aliquis Sto Martino. Harum rerum donum posuit ipse super altare Sti Martini, die sancto Pasche, presente et concedente uxore sua MABILIA et HUGONE primogenito suo (313). *Reliqui vero filii* qui absentes erant, postea concesserunt. Hæc omnia donavit ad monachorum sustentationem *Sti Martini de Campis* ibi degentium sub patrocinio *Sti Petri Cluniacensis*, ut memoria ejus et uxoris et filiorum, in vita et in morte, semper habeatur apud Sanctum-Martinum. Hæc autem scripta atque concessa sunt vivente domno

314. St-Omer-en-Chaussée, ca. Marseille, ar. Beauvais (près de Milly-sur-Thérain).
315. Mamerault, éc. Poupry, ca. Orgères, ar. Châteaudun (Eure-et-Loir).
316. Conty, ar. Amiens.

abbate HUGONE *Cluniacense* et domno TEOBALDO *priore* Sti Martini.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 29', n° 62.

127 *bis. — Acte perdu. — Donation à Saint-Martin, par le sénéchal Gervais, et confirmation par le roi Philippe Ier, du don de trois oboles à prendre sur chaque bateau passant devant Mantes.*

Cette libéralité, rappelée dans la bulle de Calixte II en 1119, se place entre la date où fut donnée celle de Pascal II (30 avril 1107) et la mort de Philippe Ier (4 août 1108). Elle se confond sans doute, bien qu'elle semble plus générale, avec le droit, non spécifié, sur les tonnes de vin passant devant Mantes, dont il vient d'être parlé. Dans tous les cas, l'acte royal confirmatif a disparu des archives du prieuré.

128. — *Hugues III le Jeune, vicomte de Chartres, et son suzerain le comte Thibaud IV approuvent la renonciation de leur vassal Gohier d'Aunay-sous-Auneau à ses réclamations sur la dîme de Gouillons.*

(1108-1109)

Notum sit omnibus hominibus t. f. q. p. quod GOERIUS DE ANETO calumpniabatur decimam de *Goillum* (114). Super hac vero calumpnia sermo fuit ante TEOBALDUM *comitem Carnoti* (317) et dimisit GOERIUS calumpniam, et concessit ecclesie Beati Martini de Campis in perpetuum predictam decimam, ita quod deinceps nichil ibi quereret, nec ipse nec heredes ejus. Hanc vero concessionem fecit GOERIUS, vidente et concedente HUGONE DE PUTEOLO, vicecomite

317. Les limites du gouvernement de Thibaud IV le Grand, comte de Chartres et de Blois, vont du 19 mai 1102 au 10 janvier 1152 d'après Aug. Longnon (*Obit. de la Prov. de Sens*, t. II, pp. XII-XIII).

(318), de cujus feodo decima erat, et concedente T. comite a quo Huo tenebat. Ut autem hec concessio firma vel inconcussa permaneret, jussit eam T. comes suo sigillari sigillo. Hujus rei sunt testes : STEPHANUS abbas de *Valeia* (319), GUIDO DE RUPEFORTI (320), ANDREAS DE BALDIMENTO (321), HUGO MANSELLUS, ERARDUS DE VILLABUN (322), GOFFRIDUS INFERNUS, Frodo famulus.

A. Orig. S 1347, n° 4. Sceau perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 79'. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 106, non collationnée ; les noms des témoins, après « Guido de Rupeforti », sont remplacés par : « et alii. » — *D*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 132'.

---

318. Hugues III, châtelain du Puiset, vicomte de Chartres (1109-1128, d'après A. de Dion, *Les seigneurs du Puiset*, p. 12), n'a pas encore, à ce moment, pris possession du Puiset, mais exerce déjà les fonctions de vicomte de Chartres ; c'est en cette qualité qu'il agit avec le concours du comte.

319. Étienne, fils de Guerri, vidame de Chartres, mourut en 1130. Il était abbé de St-Jean-en-Vallée dès 1113 ; son prédécesseur était encore en charge en 1108 (*Gallia*, VIII, 1311).

320. Gui le Rouge, comte de Rochefort (note 74). Sa présence nous engagerait à dater la charte de 1108, qui aurait été ainsi la dernière de sa vie. On le fait même mourir en 1107, mais cette date doit être rapprochée en raison de la chronologie des abbés de St-Jean-en-Vallée.

321. C'est la première mention qu'on rencontre de cet intéressant personnage, qui se rattache à la famille d'Engenoul, connétable, et Baudri, bouteiller de Philippe Ier, témoins en 1067 du diplôme n° **11**. Son surnom lui vient de la terre de Baudement, ca. Anglure, ar. Epernay (Marne). En 1113 il était l'un des chevaliers de Hugues de Champagne comte de Troyes (Coll. Duchesne, LXXIV, 96); il passa dès 1118 (coll. Baluze, XXXVIII, 11) au service de Thibaud IV, frère de Hugues, qui le fit son sénéchal (Luchaire, *Louis VI*, n° 117, p. 393). En 1132, on le rencontre au château de Pont avec son frère Engenoul, chanoine de St-Gervais de Soissons (Ms. lat. 9902, fol. 57). Sa femme Agnès ayant pris l'habit de Prémontré en 1133 de son consentement (Duchesne, LXXVI, 85), il entra lui-même à Pontigny, dont l'abbé l'envoya en 1136, avec douze moines, fonder l'abbaye de Chaalis (*Gallia*, X, 1508). Il mourut le 19 juillet 1142, laissant à l'un de ses fils survivants, Gui, la seigneurie de Braisne dont il était en possession dès 1125 et dont il régularisa la collégiale, dite de Saint-Yved. Une de ses filles fut comtesse de Brienne ; la fille de Gui de Braisne fut comtesse de Bar. Ces alliances justifient la qualification « nobilissimus » que les monuments de Prémontré accordent à André de Baudement. La terre dont il portait le nom tomba en quenouille après la mort de Baudri fils de Goël, dont la sœur Heudebore, déjà veuve sans enfants d'Osbern de Cailly, porta Baudement à Robert de Picquigny dès 1209 (Ms. lat. 13905, fol. 193 ; 5423, fol. 37).

322. Villebon, ca. La Loupe, ar. Nogent-le-Rotrou (Eure-et-Loir).

129. — *Ebrard III, vicomte de Chartres* (qui succéda à son père le 23 décembre 1094), *avant de partir* (en 1096) *pour la Croisade, aliéna divers droits féodaux dépendant de sa châtellenie du Puiset en faveur de St-Martin-des-Champs. Son fils Hugues III, encore accompagné d'un précepteur, confirme cet acte.*

(1109)

Icirco ea que sanctæ æcclesiæ a fidelibus dantur, cartulis inscribuntur, ut si aliquando, ut sepe fit, aliquis calumniam inferre voluerit, cartule testimonio convictus erubescat, et dimissa injusta calumnia, ecclesiæ quod ei datum est, habere et possidere permittat.

Notum sit igitur omnibus Xristi fidelibus futuris et presentibus quod Hugo filius Ebrardi de Puteolo (318) dedit *ecclesiæ Sancti Martini de Campis* decimum mercatum de *castro Puteoli* et omnem consuetudinem terræ nostræ quæ est in supradicto castro, et unum torcular, concedens ut quicunque voluerit venire ad illud torcular ad exprimendas uvas, liberam habeat potestatem. Dedit eciam aliud, quod nequaquam tacendum videtur, scilicet ut quicunque voluerit de feodo suo aliquid dare æcclesiæ Sancti Martini, liberrimam habeat facultatem ; ita tamen ut, per hoc, servicium suum et stationem castelli sui non amittat.

Hoc donum fecit predictus Hugo prius in *capitulo Sancti Martini* coram omnibus Senioribus, sicut fecerat pater ejus Ebrardus, et patrui ejus, fratres patris ejus, scilicet Hugo et Wido, Walerannus et Rodulfus concesserant (*a*).

Et postea posuit super altare Sancti celebriter illud donum, audientibus tam ex parte ejus quam ex nostra his testibus : Teobaldo magistro ejusdem Hugonis ; Belino et Lamberto famulis de hospitali ; Warino et Theudone fratre ejus (36) ; Otranno cliente Sancti Martini ; Herluino quoque servo Sancti Martini ;

FULCONE famulo prioris domni TEOBALDI, et WILLELMO cementario.

(a) Cf. la notice de 1102, n° 96 *supra*.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 1-2, n° 3.
Edit. (partiellement) A. de Dion, *Le Puiset*, p. 48-49.

130. — *Sur les instances des prélats et avec l'agrément des barons, le roi Louis VI autorise les serfs de St-Martin à témoigner en justice et les admet au combat judiciaire avec les hommes libres, ainsi qu'il l'avait accordé aux serfs de l'église cathédrale de Paris par don de joyeux avènement en 1108 et, l'année suivante, aux serfs de Sainte-Geneviève* (*a*).

(4 février 1110)

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, amen. Quia, preordinante Spiritu sancto, per Isaiam de Ecclesia dicitur quod « Mamilla regis lactabitur et reges erunt nutricii ejus », regalis serenitatis pietatem decet pro tranquillitate et pace Ecclesie regni jura temperare, plebiscita temperare (*corrigé en interligne* relaxare) et confracta solidare, ut Ecclesie filii a malignantium infestatione aliquatenus relevati, Dei servitio attentius vacare habeant, et catholicum regem ad regni gubernationem, orationum assiduitate, propensius adjuvare valeant. « Multum enim valet, ut habet Jacobi epistola, deprecatio justi assidua. » Orante nempe Moyse, Israhel superabat regem Amalec. « Rex autem gladio accingitur », secundum apostolum Petrum, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, ut per collatam sibi divinitus potentiam obnutescere faciat imprudentium hominum ignorantiam, « constitutus in regno, juxta Gere-

(a) M. de Lasteyrie (*Cartulaire général de Paris*, n° 150) donne le texte de cette concession de 1109 dont l'acte en faveur de St-Martin-des-Champs constitue une reproduction presque identique.

miam, ut evellat et destruat, et disperdat et dissipet, et edificet, et plantet ». Hac igitur ratione, spe et devotione, ego, Dei gratia, *Francorum rex* Ludovicus *ecclesie Sancti Martini* que dicitur *de Campis*, super servorum suorum contumeliosa et dampnosa in testimoniis abjectione adversus liberos supplicanti, lacrimanti et instanter rogitanti, tandem misericorditer auscultavimus, pontificum nostrum consilio, comitum quoque et procerum assensu. Hac prerogativa nostre Majestatis, omnes indifferenter hujus prefate ecclesie servos benigniter honestavimus, quatenus in omnibus causis, placitis at querelis contra universas ingenue potestatis personas, veritatis testimonium regali instituto, amodo usque in sempiternum exaltati, ut testes legitimi, proferant et proferendo asserant, salvo et integro jure et timore cujus sunt, ecclesie, ac deinceps dampnum vel repulsam se in hujusmodi negotiis protulisse nullatenus doleant vel erubescant. Horum itaque probationes aut liberi suscipiant, aut contradicendo falsificent. Regalis igitur decreti transgressor causam de qua agit inperpetuum amittat, excommunicationi subjaceat, et ejus calumnia irrita fiat ; interim etiam in testimonium non recipiatur, nec pacis osculo a fidelibus osculetur. Dignum est enim supra ceteros servos exaltare qui Ei serviunt, cui « servire est regnare ». Ut autem hujus instituti traditio per succedentia tempora inconvulsum vigorem optineat, litterarum memorie commendari, immo nostro nominis charactere et sigillo signari et corroborari precepimus. Presentibus de palatio nostro quorum nomina substitulata sunt et signa.

S. Anselli dapiferi. S. Willelmi Guarlandensis. S. Widonis de Turre (292). S. Rogerii de Chatarauno. S. Herluini magistri regis. S. Bartolomei de Fulcois. S. Rainardi Rufi. S. Bernardi, nepotis ejus. S. Stephani cancellarii. S. Erchenbaldi (323).

Actum *Parisius* anno Incarnati Verbi M° C° X^{mo}, indictione III^{a}

---

323. A côté du sénéchal Anseau, de ses frères Etienne, chancelier, et Guillaume II de Garlande, et d'Helloin, précepteur de Louis VI, se rencontrent Roger de Chatron (éc. Saint-Germain-de-la-Grange, ca. Montfort-l'Amaury, ar. Rambouillet) et Barthélemi de Fourqueux (ca. St-Germain-en-Laye, ar. Versailles).

pridie nonas februarii, anno unctionis nostre II° (*a*). Stephanus cancellarius relegendo subscripsit. (*Mon. royal, Traces du sceau plaqué*).

(*a*) Ces indications chronologiques ne permettent pas de placer en 1111 le diplôme, car Louis VI fut sacré le 3 août 1108 à Orléans. Luchaire s'associe, à cet égard, à la critique que R. de Lasteyrie adresse à J. Tardif (*Annales de la vie de Louis VI*, n° 95, p. 52).

A. Orig. K 21, n° 1³. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 76, n° 115. — *C*. Copie du XII° siècle, ibid., fol. 48, n° 105 incomplète des notes chronologiques. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 19. — *E*. Copie du XV° siècle, LL 1352 (avec la date de 1110), fol. 18'. — *F*. Copie du XVI° siècle, LL 1353, fol. 18.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 22. — *b*. Theodori *Pœnitentiale*, II, 50. — *c*. Felibien, *Hist. de Paris*, III, 52. — *d*. R. de Lasteyrie, *Cartul. gén. de Paris*, n° 155 *bis*, t. I, p. 177.

Ind. Tardif, *Mon. hist.*, n° 346. — Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 95, p. 52.

131. — *Pierre* (de Senlis), *échanson du roi, donne une couture à Survilliers ; son frère Louis* (plus tard grand bouteiller), *y consent.*

(3 août 1109 — 2 août 1110)

Sciant omnes sanctæ Æcclesiæ filii, presentes et futuri, quod Petrus, pincerna Regis, dedit *æcclesiæ Sti Martini de Campis* culturam de *Ulmo Letbranni* apud *Sordidam villam* (323) ; habuitque inde quatuor libras denariorum et decem solidos. Hoc donum concessit Ludovicus frater ejusdem Petri (324).

Hujus donationis testes fuerunt hi : Rotgerus filius Thome ; Rainerius filius ejus ; Gislerannus de Sordida villa. Ex parte mona-

324. En marge : « Sorviliers. » Survilliers, ca. Luzarches, ar. Pontoise. — Voir sur Pierre, Louis et Adam de Senlis, l'étude généalogique sur les Bouteillers de Senlis (Appendices au *Cartul. de St-Martin de Pontoise*, p. 284). Dans un diplôme de Louis VI pour St-Vincent de Senlis, en 1120, se voit la souscription : « Signum Petri, pincerne Regis. »

Boran, ca. Neuilly-en-Thelle, ar. Senlis. — Liancourt est probablement la paroisse située entre Creil et Clermont (note 93).

chorum : Raimbaldus filius Hugonis, et Gaufridus frater ejus ; Radulfus filius Widonis (325), Gillebertus de Leencurte (324), Tescelinus cliens Warnerii, Algisus de Algiaco, Herveus famulus *Sti Nicholai*, Adam famulus *Sti Nicholai* (299) ; Bernardus de Borrenco (324), Bernerius famulus Widonis.

Hoc donum factum est anno II Ludovici regis, filii Philippi *regis Francorum*.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 6', n° 13.

132. — *Raoul, fils de Gui (de Senlis), de l'aveu d'Aélis sa mère et de sa femme Ermengarde, donne 14 arpens de terre et un bois à Survilliers.*

Sciant omnes fideles Xristi, presentes et superventuri, quod Rodulfus, filius Widonis (325) concedente matre Adeliz et conjuge ejus nomine Ermengarde dedit æcclesiæ *Sti Martini de Campis* XIIII arpennos terræ et unum nemoris, ea videlicet conventione ut ipse et mater ejus et uxor illius et antecessores ejus essent participes orationum et beneficii monachorum qui Deo serviunt in *monasterio Sti Martini*. Et ut hoc donum firmum per succedentia tempora stare posset, dederunt supradicto Rodulfo seniores Sti Martini XL solidos.

Hujus doni testes sunt : Heluinus de *Villa Mintreia* (326) ; Warnerius Rotundellus, Arnulfus filius Helduardi, Adam, Radulfus dapifer Widonis de Turre (292), Bernerius de Plaliaco (326) et

325. Raoul, fils de Gui, certainement de la maison de Senlis, nous avait paru susceptible de se rattacher à Gui I, nommé avec son frère aîné Foulques en 1030 ; tous deux furent fils de Rohou ou Raoul Ier de Senlis. Mais cette opinion est à rectifier. En effet, trois témoins de la charte d'Adam de Senlis (n° **121**) se trouvent présents ici, et le donateur lui-même assistait, en 1109-1110, à la libéralité de Pierre de Senlis (n° **132**). C'est ce qui nous engage à rapprocher ces divers actes.

326. Villemétrie, commune de Senlis (Oise). — Plailly, ca. Senlis. La leçon *Plaliaco*, donnée par le duplicata n° 93 du *Liber Testamentorum*, est préférable à *Placiaco*, fournie par le n° 88.

Paganus frater ejus, Vitalis filius Hescelini, Ingrannus cliens domni Widonis de Rupe (327).

Terra autem de qua loquimur, apud *Sordidam villam* (87) consistit.

A. Original perdu.
B. Copies de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 41, n° 88, et fol. 43, n° 83.

133. — *Constance* (neveu de Gautier de Bagneux) *donne ses vignes et toute sa fortune à St-Martin; son frère Garnier en conserve l'usufruit, sans pouvoir cependant y imputer une part du domaine de sa future, s'il vient à prendre femme.*

(Vers 1110)

Vineas suas et omnem substanciam mobilem et immobilem donavit Constantius pro anima sua *Sto Martino* eo tenore ut frater ejus Warnerius dum viveret, optineret illa omnia, et ipse Warnerius nichil inde minueret in dotem uxoris, cum eam duceret; sed pocius omnia sibi a fratre relicta ex integro post decessum suum relinqueret Sto Martino. Adfuerunt testes Teudo, Warinus frater ejus (36), Drogo major (328), Martinus, Bernardus, Aimarus.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 11, n° 23.

134. — *Bourdin, fils d'Ernoul de Paris, ayant donné à St-Martin une aire de moulin à Arcueil, les moines transigent avec Ferri de*

327. Gui de la Roche-Guyon, ca. Magny-en-Vexin, ar. Mantes.

328. Dreux est le cinquième maire de Noisy-le-Grand cité dans le *Liber Testamentorum*. Il paraît avoir été substitué à Thion, du vivant de celui-ci, car on ne saurait l'intercaler après Gautier et son fils Bertrand. D'ailleurs une notice attribuable à l'année 1109 mentionne Thion sans lui donner le titre de maire. D'autre part, la dernière charte datée figurant dans la première partie du *Liber Testamentorum* est antérieure au 2 août 1110 (n° **131**); nous sommes dès lors amenés à dater cette notice « vers 1110 », ainsi que les suivants, où Dreux figure encore comme maire.

Saint-Marceau et Eudes de Drancy qui la revendiquaient. Eudes, ayant acquis de Renaud du Plessis la justice du moulin, la partage avec les moines.

(Vers 1110)

Notum [sit] presentibus et futuris quod Burdinus, filius Ernulfi de Parisio, donavit monachis Sancti Martini unam aream molendini apud *Arcoilum* (31) sub his testibus, videlicet Heinrico Ivriaco (329) et Huberto de Parvo-ponte et Pagano Bigot.

Monachi autem [Sti] Martini donaverunt eam Petro filio Hungerii, eo videlicet pacto quod ipse ibi molendinum construeret, et in vita sua possideret, reddendo pro eodem molendino eisdem monachis modium annone unoquoque anno. Post mortem vero ejus reciperent monachi quiete molendinum suum.

Hujus autem aree dono calumniam intulerunt Fridericus de Sto Marcello et Odo de Derenci (153). De hac autem calumnia fecerunt concordiam monachi et Petrus, et Fredericus et Odo, hoc videlicet modo, quod idem monachi concesserunt Petro medietatem, ejusdem aree, et Frederico et Odoni alteram medietatem, eo tenore quod ipsi tres facerent molendinum, et redderent monachis unoquoque anno modium annone, dimidium frumenti et dimidium multurenge ; eo pacto quod si aliquo tempore insurrexerit calumnia huic molendino, ex parte heredum Burdini, monachi juste dirationaturi sunt, Burdinum dedisse Sto Martino aream hujus molendini, et Fredericus et Odo quietum redderent ab omni alia calumpnia et servitio, et dimidium censum omni tempore darent,

---

329. Henri d'Ivry-sur-Seine avait épousé Helvide ou Avoie, sœur de Payen Hérisson. Il paraît s'identifier avec l'un des fils de Robert fils d'Étienne, témoin, avec son père, de la donation de Montmartre en 1096 : « Rotbertus filius Stephani, Henricus filius ejus, Walo frater ejus » (n° **76**; cf. note 179). Une notice de la même date (n° **78**) mentionne « Ansoud, fils de Robert d'Ivry ». Ansoud est un prénom essentiel de la famille Le Riche de Paris, à laquelle Robert, père d'Henri, appartient : car « Rotbertus filius Stephani prepositi Parisiensis » ne fait qu'un avec le chevalier-croisé Robert de Paris, qui périt à la bataille de Dorylée ; à partir de 1096, sa présence n'est plus signalée dans aucune notice ; seul son frère Payen, cité avec lui dans la charte de Gilbert de Garlande pour Noisiel, comparaît dans un acte passé entre 1096 et 1100 (n°s **89-90**).

Petrus vero alteram medietatem census. Petro autem vivente vel tenente molendinum, reddent Fredericus et Odo dimidietatem annone, medietatem in Pentecosten, et aliam medietatem in Natale Domini. Petro vero mortuo, vel Sto Martino suam partem restituente, de annona nichil dabunt, censum vero dimidium semper. Hanc autem concordiam concesserunt uxor ODONIS et filius ejus. Inter monachos autem et Petrum talis est conventio, quod Petrus in vita sua tenebit dimidium molendinum, et post mortem illius Sti Martini erit.

Testes hujus cartule fuerunt : Hugo filius Haldigerii, WIDO DE DERENCI (153), Engo armiger Odonis, OTGERIUS DE NOIS, FULCO DE MONTEMARTIRUM, HAIMERUS DE MONTEMARTIRUM, Johannes pauper, HALDIGERIUS REX, ANCHERUS filius ejus, Rotbertus filius Alberti negociatoris; Simon et Petrus nepos ejus; Lambertus cliens, HUGO DE MONTE IONIS (330). Ex parte autem monachorum hi testes adfuerunt : DROGO major (328), Warinus et Teudo frater ejus, Ivo cocus, Odo filius WALANT, Meinardus, Johannes carpentarius, Herluinus.

Processu vero temporis, justiciam molendini et tocius terræ que ad molendinum pertinet, emit ODO DE DERENCIACO a RENALDO DE PLESIZ (331) et GILA uxore sua, et a filiis ejus STEPHANO, NORFREDO et GERMUNDO; et accepit pro precio predictus Rainaldus XII solidos, et concessit Odoni justiciam molendini ac tocius firmitatis, et ultra aquam et citra aquam, et predictus Odo concessit Sto Martino medietatem justiciæ molendini, et inde habuit sex solidos. Hujus emptionis testes sunt : Girardus frater Odonis, Wido frater Odonis; HUDUARDUS DE ARCOILO (31), ANSTESUS DE GENTILLI (329), Boso filius Amati, ENGO DE TREMBLEI (331) ; WALDRIS (*sic*) DE DERENCIACO (153). Et quando Stephanus concessit, audierunt hi : ALBERICUS DE

---

330. Le ms. porte « Monte Ionis ». Peut-être faudrait-il lire : « Monte Iovis ». Cependant, il peut s'agir de Monthyon, ca. Dammartin, ar. Meaux. *Odo de Muntiun* est un témoin de l'évêque de Meaux en 1149 (Ms. l. 5441, fol. 63).

331. Peut-être Le Plessis-Piquet, ca. Sceaux (Seine), en raison de la proximité relative d'Arcueil. — Gentilly, ca. Villejuif, ar. Sceaux. — *Tremblei* pourrait être Le Tremblay, ca. Gonesse, ar. Pontoise. Engon du Tremblay est en effet l'écuyer de Guy de Drancy, d'après la comparaison des souscriptions.

MONTE MAURENTII (96), TEOBALDUS DE DERENCIACO, OTGERUS DE DERENCIACO. Et quando Odo dedit Sto Martino medietatem justiciæ, audierunt hi : Herleboldus, WALTERIUS DE ALNETO (143), BURCHARDUS (*a*), GILLEBERTUS DE ANGLIA, Alexander, Rotbertus frater Bardulfi.

A. Original perdu.
B. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 35, n° 77.

135. — *Anschoud de Lardières, chevalier, obtient de Thibaud I, prieur de St-Martin-des-Champs, l'autorisation d'élever une chapelle dans sa seigneurie, trop éloignée de Méru pour permettre l'assistance aux offices, surtout en hiver ; Anschoud et son frère Baudoin font au monastère les libéralités convenues.*

(1107-1110)

Sciant omnes fideles Xristi p. et f. quod miles quidam DE LARDERIIS, ANSCHULFUS nomine, domni TEOBALDI *prioris Sti Martini de Campis* presentiam expetivit eumque multis precibus exoravit, ut in *Larderiis* (332) capellam unam sibi construere liceret, in qua, cum populo ville sue, ad audiendum divinum officium convenire posset ; quia ad matrem æcclesiam de *Merudio* (221) tam sepe, et maxime hiemis tempore, eo quod longior esset via, nequaquam ire valeret. Prior autem respondit se hoc facere non posse, ne forte in aliqua parte matris æcclesiæ consuetudines videretur in minuere. Miles vero predictus, in sua peticione persistens, promisit priori quod Deo et Sto Martino et cappellæ tantum suis reditibus tribueret, unde unus monachus, qui in ea commoraretur, vivere posset, si, quod petebat, sibi concederet.

Prior vero, quia vir discretus erat, viri peticionem et parrochianorum considerans, se voluntati illius adquieturum promisit, si quod pollicebatur, jure matris æcclesiæ integerrimo permanente,

---

(*a*) Le sacristain Bouchard est le successeur de Georges, qualifié tantôt « sacrista », tantôt « camerarius ».

fideliter adimpleretur. ANSCHULFUS igitur, rapto consensu de ore Prioris, dedit *æcclesiæ Sti Martini de Campis* terram ad dimidiam carrucam sufficientem. Ad instaurationem vero carruce, dabit unum bovem, et uxor illius bovem unum. BALDUINUS quoque promisit se daturum bovem unum, quia frater ANSCHULFI erat, et particeps elemosine esse volebat.

Addidit quoque huic dono Anschulfus aliud, scilicet omnem redecimationem horrei sui de *Larderiis*, omnibus annis omnes autem villani ad terram de *Larderiis* pertinentes, et hospites *Crevecordis* (332) et hospites BALDUINI, sicut promissum ab utrisque esset, dabunt omnibus annis plenam minam talis annone qualis in horto suo habuerint (*a*) Sti Martini æcclesiæ et supradicte capelle.

Si ANSCULFUS voluerit effici monachus, a Priore suscipietur. Si autem in laicali habitu obierit, ipse et cunjunx ejus et filii, apud *Sanctum Martinum* sepelientur. Capellam communiter edificabunt Prior et Anschulfus. Capellanum, qui in ea serviturus est, poscet Anschulfus, quamdiu morabuntur in *Larderiis* ipse et uxor, et familia ejus. Silvam ad hospitandum et ardendum, sicut constitutum est, non negabit. Et hæc omnia fideliter implebuntur, tali pacto ut mater æcclesia de *Meruaco* nichil omnino, in omnibus parrochialibus redditibus, vel antiquis consuetudinibus, minuatur.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 42, n° 92.

Edit. Marrier, *Monasterii S. Martini... historia*, p. 509.

136. — *Pierre Chaud-Morceau et sa femme Milesende renoncent à leurs droits sur une terre qu'ils disputaient à l'église de Behoust.*

Notum sit omnibus Xristi fidelibus quod PETRUS CALIDUS-MOR-

---

332. En marge : Lardieres (Lardières, ca. Méru, ar. Beauvais). — Le voisinage de Lardières impose comme identification Crèvecœur, éc. Laboissière, ca. Noailles, ar. Beauvais, parmi les cinq localités de ce nom que renferme le département de l'Oise.

(*a*) *B* habuerit.

SELLUS et MILESENDIS, uxor ejus, terram de *Nois*, quam calumniabantur, clamaverunt quietam *Sto Hilario de Butulco* (333) ; et per Walterium Rocoinum, hominem suum, super altare Sti Hilarii miserunt donum.

Hujus rei testes sunt : Horricus filius Hildemandi, Clarenbaldus filius Teoldi, Gibaldus filius Wiardi, Durannus, Engelbertus.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 41, n° 89.

Édit. Marrier, *Monasterii Sti Martini... historia*, p. 516.

137. — *Mathieu Ier, comte de Beaumont-sur-Oise, unit le prieuré bénédictin de Saint-Léonor de Beaumont au prieuré de St-Martin-des-Champs.* — Titre perdu (334).

(1107-1110)

Obit du comte Mathieu Ier, au nécrologe de Saint-Léonor, rappelant la donation à St-Martin-des-Champs, la construction du réfectoire et du cloître, l'enrichissement des châsses et de l'autel, le don du

---

333. Behoust, ca. Montfort, ar. Rambouillet, dont l'église a pour patron saint Hilaire. — C'est « la villa Boult avec l'église St-Hilaire au diocèse de Chartres » confirmée à St-Martin par Calixte II le 27 novembre 1119 et que l'abbaye avait acquise antérieurement à la bulle d'Urbain II en 1096, où elle est simplement nommée *Sanctus Hilarius* (n° 75 *suprà*).

334. La chapelle castrale de Beaumont-sur-Oise fut érigée par le premier châtelain de cette place, Ives, chevalier de Hugues Capet, pour recevoir les reliques de saint Léonor ou Lunaire, apportées à Paris, dans l'église de St-Barthélemi (depuis St-Magloire) par Sauveur, évêque d'Aleth. Les moines qui transférèrent à Beaumont le corps du saint étaient bretons. Peu après on fit appel aux Clunisiens pour constituer un prieuré, car l'obit du premier abbé de Cluny, Bernon, fut inscrit au nécrologe de Saint-Léonor. Le châtelain Ives II ayant été promu comte, sous le roi Robert, substitua à la chapelle une église qui fut dédiée par Guérin, évêque de Beauvais, le 12 octobre 1029 (Depoin, *Les Comtes de Beaumont-sur-Oise et le prieuré de Ste-Honorine de Conflans* ; Bulletin de la Commission des Antiquités et Arts de Seine-et-Oise, 1911). C'est dans l'intervalle qui sépare les bulles de Pascal II (1107) et de Calixte II (1119) que St-Léonor fut uni à St-Martin-des-Champs. Mais nous avons lieu de croire que la charte de 1110, qui suit, et qui mentionne un prieur et un moine à St-Léonor, est postérieure à l'accession du prieuré à l'obédience du monastère parisien. — Cf. aussi note 339.

mobilier et des ornements ; enfin l'entrée de Mathieu dans le cloître où il vécut quatre ans sous l'habit de saint Benoît, jusqu'à son trépas.

(1er janvier 1155)

Kal. Januarii. MATHEUS comes qui ecclesiam istam cum appendiciis suis dedit monachis *Sti Martini de Campis*. Refectorium, claustrum, de proprio edificavit. Corpora sanctorum in eadem ecclesia quiescentium, altare scilicet sancti Leonorii, auro, argento et gemmis decoravit ; ipsum vero templum palliis, cap[p]is, infulis, et diversis ornamentis et variis utensilibus argenteis et aureis adornavit. Ante mortem monachus factus, cum monachis IIIIor annis feliciter vixit ; hoc termino plenus dierum in pace quievit. Officium plenum fiat, cap[p]a in choro ; responsum et tractus in cap[p]is ; III pauperes reficiantur. Generale facit prior de piscibus habundanter.

A. Martyrologe et obituaire de St-Léonor de Beaumont-sur-Oise, ms. l. 18362, du XIIIe siècle.

B. Copie de dom Pernot, archiviste de St-Martin-des-Champs au XVIIIe siècle, S 1410, n° 1.

Ed. Douët d'Arcq, *Recherches historiques et critiques sur les anciens comtes de Beaumont-sur-Oise*, p. 143, d'après *B*. (Cf. p. LXXVI pour la fixation de la date funèbre de Mathieu Ier).

138. — *Roger, archidiacre de Beauvais, constate, par l'apposition de son sceau, l'authenticité d'une charte par laquelle, à St-Léonor de Beaumont, en présence du prieur Henri et du moine Thibaud, le comte de Beaumont-sur-Oise Mathieu Ier affranchit les hommes du village de Bernes, dans sa châtellenie, de toutes coutumes injustes, à la requête des chanoines de St-Germain-l'Auxerrois.*

(Beaumont-sur-Oise, 1er janvier *ou* 10 avril — 4 août 1110).

✠ In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod canonici *Beati Germani Parisiensis*, videlicet TEBALDUS *decanus*, Daniel, Philippus, Hanricus, Odo, ceterique fratres ejusdem ecclesie, presentiam nostram humi-

liter adierunt et, quod terras ipsius sancti que sub dominio *castri mei, Bellimontis* videlicet, habentur et maxime eas que sunt circa villam que *Baierna* nominatur (335), pro amore patris mei et matris mee, et pro nostra ipsa anima, a consuetudinibus injustis penitus deliberaremus, devotissime postulaverunt : scilicet ut agricole terrarum predicti sancti, sine redemptione et licentia prepositi mei, messes suas colligerent, et pascua ipsorum terrarum bestie eorum, libere et sine omni dominio, haberent.

Ego itaque MATHEUS *comes* et uxor mea BEATRILDIS, cum filiis meis IVONE ET MATHEO, benignissime eis condescendentes, terras prenominati sancti a consuetudinibus injuste impositis, prout postulaverunt : scilicet ut rustici, sine omni redemptione et absque ullius licentia, messes suas colligerent, et pascua sua libere et sine omni dominio haberent, concessimus, nichil in manu nostra retinentes, preter viaturam, et porculam unam duodecim nummorum, et duos solidos quos major predictorum canonicorum, in festivitate Beati Johannis, singulis annis, de communi eorum michi persolvet.

Ut hoc autem ratum permaneret, excommunicatio in presencia nostra facta est in *monasterio Sancti Leonorii*, astantibus monachis, et clericis, et laicis fere omnibus totius castri mei. Cartam quoque istam ad confirmationem hujus rei fieri jussimus, et facte, manus confirmationis addidimus, eamque *Belvacensi ecclesie* transmisimus, ut eam suo sigillo muniret, et istarum injustarum consuetudinum omnes requisitores excommunicaret. Signa quoque nostra apponimus.

Signum MATHEI, comitis. BEATRILDIS, comitisse, IVONIS, filii. MATHEI, filii. Testes etiam additi sunt :

Monachi : HANRICUS, prior. Teobaldus, monachus.

Canonici : Rainaldus, HAIMO CALZO, Ricardus.

Milites : GARNERUS, vicecomes et advocatus predicte terre, GALTERUS frater ejus; ADAM DE PRATERIIS et PAGANUS filius ejus (335),

---

335. Bernes, Presles, Le Mesnil (écart de Labbeville), Vaux (écart de Champagne), ca. l'Isle-Adam, arr. Pontoise.

PETRUS DE MESNIL (335), Radulfus filius Oelardi, PETRUS DE VALLI-[BU]S (335), GARNERUS CALZO, Jouduinus, Ivo cognatus eorum, Hugo prepositus, Odo major predicte terre et filii ejus Arnulfus et Bernardus.

Actum est hoc anno ab incarnatione Domini M° C° X°. Indictione III^a. Epacta XX^a VIII^a. Concurrente IIII°. Regnante rege LUGDOVICO anno II°, anno episcopatus GAUFRIDI V°, ROGERO archidiacono.

A. Orig. scellé A. N. S 189, n° 8. Sceau plaqué portant pour légende : SIGILLVM ROGERI BELVACENSIS ARCHIDIACONI. — *B. Cartulaire de St-Germain-l'Auxerrois*, L 87, fol. 49.

Édit. a. Douët d'Arcq, *Recherches historiques et critiques sur les anciens comtes de Beaumont-sur-Oise,* formant le t. IV des Mémoires de la Société des Antiquaires de Picardie, *Documents inédits concernant la province*, Amiens, 1855, in-4°, pp. 3-4.

138. — *Robert II, comte de Flandre, constate qu'Eudes de Péronne, devenu moine de Cluny, a donné à St-Médard de Cappy 60 sous de rente sur le travers du pont de Warnéton, du consentement d'Aélis, sa sœur et de son beau-frère Robert. Le comte et la comtesse Clémence* [de Bourgogne] *approuvent ce don.*

(1093 — 1111)

Nous JEHANS DE FLANDRES sires de *Crevecuer* (336) a tous chaius qui ces presentes letres verront, faisons connute chose que nous avons veuu unes letres contenans la fourme qui s'en sieut :

Ego ROBERTUS, *Flandrensis comes*, sancte Religionis cultoribus salutem. Noverit presens etas et futura quod ODO PERONENSIS, *monachus Clugniacensis*, sibi locoque eorum, *Sancto* vid. *Medardo de Capi* (76), pro anime sue salute, dedit apud *Warneston* (337) de reditu pontis, unoquoque anno LX sol., ad supplenda necessaria monacorum inibi Deo serviencium, concedente AELISA sorore sua,

336. Crèvecœur, ca. Marcoing, ar. Cambrai.

337. Warneton, ca. Quesnoy-sur-Deule, ar. Lille. — Fressin, ca. Arleux, ar. Douai ; ou Fressies, ar. et ca. de Cambrai (Nord).

ejusque viro Roberto (338) qui eciam me rogaverunt quatinus presentem elemosinam, pro anime mee salute, concederem et confirmarem. Considerata igitur *monacorum Clugniacensium* religione, ascenciente comitissa Clemencia, scilicet uxore mea, concessi et ut ratum perpetuo permaneat, sigilli mei signo corroboravi.

Item unes autres letres contenans tel fourme que devant est dite. En témoignage de ce que nous avons veuu, nous avons seelé ces présentes letres de no séel, duquel nous usons en teles besoignes. Donné à *Fraisinches* (337) le premier jour de may l'an de grace mill CCC et XVII.

A. Original perdu. — *B*. Vidimus de 1317, S 1412, n° 8, un peu rongé. Sceau perdu.

140. — *Louis VI confirme les dons de ses devanciers* (Henri Ier et Philippe Ier) *à Saint-Martin-des-Champs, et spécifie notamment l'église même de Saint-Martin, les terres qui l'entourent, les tonlieux et les justices de ces terres ; un moulin à Paris, la terre d'Anbervilliers, les domaines de Noisy, d'Annet, de Bondy, de Dizy-en-Laonnais, les autels de Janville et de Neuvy, un gourd à Poissy.*

(Paris, 1er janvier *ou* 2 avril — 2 août 1111)

In nomine sanctissime et individue Trinitatis. Ego Ludovicus, Dei gratia, *Francorum rex*. Quia cuncta que mundo fiunt, nisi cyrographi memoria recensentur, vel fere vel penitus, humane levitatis

---

338. Robert, *prince* de Péronne, issu des Vermandois, qui en 1086 donna Cappy à l'abbaye de Cluny (n° **30** *suprà*), mourut le 1er octobre 1087, laissant deux enfants : Eudes II et Aélis. En 1091, Eudes, alors marié à Lucie, restitua à St-Corneille de Compiègne sa part de la terre de Cappy, enlevée à l'abbaye par son ancêtre Herbert II (note 77 ; cf. Mabillon, *de Re dipl.*, VI, 161). Peu après, ayant perdu sa femme, il se fit moine à Cluny. Sa sœur Aélis épousa Robert, frère d'Enguerran Ier de Coucy, comte d'Amiens. Ce fait est bien constaté par une charte de 1104, de l'évêque d'Amiens, saint Godefroi, pour le prieuré de Lihons-en-Santerre (Coll. Baluze, LXXIV, 4). Cf. une note historique du xviiie s., S 1412, n° 21, dont l'auteur fait à tort d'Aélis la tante d'Eudes. — Nous avons vu qu'en 1108 Cappy était un château du vaillant chevalier sire Robert de Péronne, « castellum strenui militis domini Roberti Peronensis » (n° **120**).

incuria, ad nichilum deduci cognoscuntur, dignum ac valde necessarium ducimus ut universa memorie digna, et ea precipue que nobis ipsis catholice thesaurizamus, providentes in posterum, ne pœnitus oblivioni tradantur, vel alicujus usurpatoris indivia infirmari vel irrita fieri valeant, litterarum memorie commendamus.

Universis igitur sancte Dei Ecclesie cultoribus, tam posteris quam et presentibus, notum fieri ac certum habere volumus, quia ista que subscripta sunt, que predecessores nostri, Francorum reges, de morte anime meditantes, Deo et *Beato Martino de Campis* caritative tribuentes tradiderunt, ipsam videlicet in primis *Beati Martini de Campis ecclesiam*, cum terris que circa eandem ecclesiam habentur, immo cum theloneis et fredis (*a*) et justiciis earumdem terrarum. Preterea, *Parisius*, unum molendinum. Terram *Haubertivillaris* (11). *Noisiacum* (12) villam cum omnibus redditibus terre, tam silve quam vinearum et pratorum. *Anetum* (13) villam cum omnibus redditibus terre tam in silvis quam in vineis et pratis. Omnem decimam pastionis *Leigii* et *Bierie* (339). *Bunzeias* (14) cum omnibus redditibus, libere sibi adjacentibus. Altare *Hienville* et *Noveville* (22). In *territorio Laudunensi, Disiacum* (15) villam, que fratribus monachis inibi Deo militantibus donaverunt; ipsis viam universe carnis ingressis, perpetualiter possidenda concessimus et

(*a*) Ce mot a fait l'objet d'une surcharge, d'une encre postérieure et plus noire que celle de l'original pour obtenir le mot : « feodis ». *Fredum* est une amende payée pour obtenir la paix (*Friede*). Cf. Ducange, *Glossarium*, III, p. 407.

339. *Leigium* et *Bieria* sont deux circonscriptions forestières dépendant de la Couronne. Nous avons peine à croire que la chancellerie de Louis VI qui, dans de nombreuses pièces, désigne par *Leia* ou *Leya* la forêt de Laye où se trouve Saint-Germain, ait simultanément, dans un document unique, dénommé cette forêt *Leigium* (Cf. les diplômes édités par nous dans *Le Prieuré de St-Germain-en-Laye, origine et cartulaire*; Bulletin de la Commission des Antiquités et Arts de Seine-et-Oise, 1895). C'est pourtant ce qu'avait pensé Luchaire. Il serait moins anormal d'y voir les bois du Lay, *de Leio*, où fut établi au début du XIIIe siècle un prieuré de Bec, et dont le nom subsiste dans La-Tour-du-Lay, écart de Hédouville, ca. L'Isle-Adam, ar. Pontoise. Un droit d'usage dans ces bois était fort utile à St-Léonor de Beaumont, tandis qu'en 1111 St-Martin-des-Champs n'avait rien en Pinserais.

Pour la forêt de Bière, elle a laissé son nom à plusieurs localités du canton de Melun : Chailly-en-Bière, Fleury-en-Bière, Villiers-en-Bière ; c'est la forêt de Fontainebleau.

habenda. Gordum etiam piscium apud *Pissiacum* in *Sequana*, que dum adviverant, non dederunt, nos in diademate regni viventes, prefate ecclesie Bti Martini perpetuo possidendum donavimus. Preterea cuncta beneficia, cunctas videlicet terras cum ceteris possessionibus quas ceteri barones in nostro regno tam clerici quam laici prenominate Bti Martini ecclesie in remedio animarum suarum donaverunt, more regio cum suprascriptis confirmatas, nostri nominis karactere et sigillo signari et corroborari precepimus, viventibus et in palatio nostro degentibus quorum nomina subtitulata sunt et signa : S. Anselli, tunc temporis dapiferi nostri. S. Hugonis constabularii nostri. S. Widonis buticularii nostri. S. Widonis camerarii nostri.

Actum *Parisius* in palatio, publice, anno (*Mon. royal*) Incarnati Verbi M. C. XI, anno vero consecrationis nostre III° (*b*).

Stephanus cancellarius relegendo subscripsit.

A. Orig. K. 21, n° 2³. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 76, n° 116. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 20 (incomplète). — *D*. Copie du XVe s., LL 1352, fol. 19. — *E*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 18'.

Edit. *a*. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 24, d'après *A*. — *b*. R. de Lasteyrie, *Cartul. gén. de Paris*, n° 158, t. I, p. 182.

Ind. Tardif, n° 348. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, p. 62, n° 115.

141. — *Jean, évêque de Térouanne, concède à St-Martin l'église de Frévent, à la prière d'Eustache III, comte de Boulogne, de sa femme Marie d'Écosse, et du chanoine Hugues de Ribémont.*

(Saint-Michel, 1113)

Notum sit omnibus f. et p. quod ego Johannes, gratia Dei, *Tarvanensis episcopus*, pro amore Dei et sanctorum apostolorum Petri

(*b*) La date de l'acte est circonscrite entre le 1er janvier ou le 2 avril (début de l'année pascale 1111) et le 2 août, dernier jour de la 3e année de Louis VI à compter de son sacre.

et Pauli, ecclesiam de *Frevenz* (340) ex integro dedi *monasterio Sti Martini de Campis*, in manu scilicet domni PONTII, *Cluniacensis abbatis*, presentibus quibusdam suis monachis, quibusdam clericis nostris, salva subjectione et obedientia quam predicta ecclesia debet mihi et *ecclesie Tarvanensi*, salvis quoque reditibus consuetudinariis. Hoc autem feci rogatu EUSTACHII, *comitis Bolonie*, et MARIE uxoris ejus (341), rogatu eciam HUGONIS RIBODIMONTENSIS, canonici nostri (342), qui ipsam ecclesiam tenebat, et assentione ac favore clericorum nostrorum. Factum publice apud *Stum Michahelem de Wasto* (340), anno Dominice Incarnationis M. C. XII, regnante LODOVICO rege Francorum.

A. Orig. K 21, n° 5². — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 90'. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 102. — *D*. Copie du XVe s., LL 1352, fol. 85. — *E*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 102.

Édit. a. Duchesne, *Hist. des Cardinaux français*, II, 60. — *b*. Le Mire, *Opera diplomatica*, IV, 355. — *c*. *Bibliotheca Cluniacensis*, 555, incomplètement.

Ind. Tardif, *Mon. historiques*, n° 355. — Bruel, *Chartes de Cluny*, V, 254, n° 3903.

---

340. Ce mot, d'une autre encre, occupe un blanc laissé dans le texte. — Frévent, ca. Auxi, ar. St-Pol (Pas-de-Calais). — Saint-Michel, ca. et ar. St-Pol.

341. Eustache III, comte de Boulogne (1093-1125), perdit en 1115, suivant Mathieu de Westminster, sa femme Marie d'Ecosse, fille du roi Malcolm III. (*Art de vér. les Dates*, II, 763).

342. Le chanoine Hugues de Ribémont peut être regardé comme frère de Godefroi II, châtelain de cette place. Anseau I de Ribémont, qui fut tué à Cassel en 1072, figurait deux ans auparavant dans un acte avec son père Godefroi I et sa mère Agnès. Il laissait pour fils Anseau II qui en 1087 se nomme « Ansellus filius Anselli de Ribodimonte » et dès 1079 est titré « nobilissimus » à propos de la fondation, qu'il approuva, du monastère d'Anchin situé dans son domaine féodal (*Auctarium Aquicinense* ad Chronographiam Sigeberti, *Mon. Germ. hist., Scriptores*, VI, 393). Il fonda le monastère de St-Nicolas de Ribémont en 1084 (*Augusta Viromanduorum*, p. 133). Il se croisa en 1096 et mourut à Akka en Palestine où il accompagnait Godefroi de Bouillon (*Scriptores*, XXIII, 802-12 ; cf. XIV, 581). Godefroi II se déclare en 1104 « filius Anselmi de Ribodimonte » (LL 1015, fol. 28). L'année précédente il fut appelé par les Cambrésiens pour les gouverner (*Scriptores*, XIV, 203) : déjà Anseau I avait été tuteur de Hugues II de Cambrai ; l'alliance des deux familles doit provenir du mariage d'Anseau avec une sœur de Hugues II ; de là proviendrait le prénom de Hugues donné à un fils clerc. En 1113 Godefroi II est cité avec son frère Simon et sa sœur Aélis (Coll. D. Grenier, vol. 240, fol. 17).

142. — *Nivelon II, seigneur de Pierrefonds, ayant désiré confier aux moines de Marmoutier, desservant l'église St-Sulpice du bourg voisin, la chapelle Saint-Mesme érigée en son château, ce dessein éveille les inquiétudes de Lisiard, évêque de Soissons, et de son chapitre, affectés de l'insoumission de certains moines installés dans leur diocèse ; enfin l'abbé Guillaume ayant pris des engagements solennels en présence du prélat et de Thibaud, prieur de St-Martin-des-Champs, obtient la concession longtemps ajournée.*

(24 octobre 1113)

Notum sit omnibus t. f. q. p. frequenti precum instantia rogatos esse domnum Lisiardum (343) *episcopum Suessionensem* et ejusdem ecclesie clericos ut *capella Sancti Maximi* in *Castello Petrefonte* (308) sita, *monachis Sancti Sulpicii* in vico ejudem castelli commorantibus concederetur, hoc fieri deposcente venerabili et religioso patre domno Guillelmo, *Majoris monasterii* abbate, cujus monachi in supradicto loco inhabitant, et maxime exorante hoc fieri Nivolone predicti castelli domino, eadem capellam eatenus obtinente. Dicebat enim idem castelli dominus hoc ad meliorationem vite sue, quam satis inter discrimina et peccata exercuerat, maxime proficere si eandem capellam eo voto in manus Episcopi recusaret, ut religiose viventibus Deumque timentibus personis ordinaretur. Diu tamen dubitatum est a *Suessionensibus clericis* illam monachis mancipari, propter insolentiam et arrogantiam quorumdam monachorum circa positorum, qui, velut quadam pri-

---

343. Lisiard de Crépy, évêque de Soissons, appartenait à une lignée de châtelains issue de la famille Le Riche (cf. note 72). La *Gallia christiana* dit à son sujet : « Lisiardus de Crespi, a Sto Arnulfo subdiaconus ordinatus, ex præposito episcopus Silvanectensis adlectus dicitur anno 1108 exeunte in Chronico Alberici. Anno 1113, ad preces Guillelmi, abbatis Majoris monasterii, una secum considente Tetbaldo priore Sancti Martini a Campis, cessit capellam Sancti Maximi in castello de Petrafonte sitam, monachis Sancti Sulpicii IX Kal. novembris. » (*Gallia christiana nova*, IX, 355).

D'après Carlier (*Histoire du duché de Valois,* t. I), Lisiard était fils d'Adam le Riche, et frère cadet de Thibaud II de Nanteuil-le-Haudoin.

vilegii libertate nullam pœnam metuentes, et obedire contempnentes, excommunicatos ab Episcopo et clericis suscipere presumunt et, si quando divinum officium pro quorumdam facinoribus intermitti jubetur, indignos quosque, oblationum spe aut quolibet favore ad sacra audienda vel etiam sumenda, irreverenter admittunt. Hujus igitur pessimi exempli timore, dubitatum est diuque dilatum capellam predictam monachis concedi ne et ipsi, contra *ecclesie Suessionensis* justiciam et ad dampnum ejus, insolenter agerent, excommunicatis et indignis communicando et, contra prohibitionem, divinum officium facere presumendo, precipue illo in castello unde contra *Suessionensem ecclesiam* violentie et injusticie frequenter erumpere consueverunt. Sed nichil tale hoc metuendum esse domnus abbas predictus venerabilis Guillelmus litteris suis mandavit et postea, in *capitulo Suessionensi* presens, cum multis religiosis monachis suis, viva voce confirmavit, considentibus domno Lisiardo episcopo et domno Tetbaldo, priore *Sancti Martini de Campis*, multisque honestis personis. Ibi igitur concessio, talisque constitutio approbata est a predictis patribus et personis, ut monachi in predicta capella manentes, Suessionensi episcopo et capitulo obedientes semper sint hoc modo ut, si quando Suessionensi ecclesia, vel per scriptum vel per certum legatum, eis prohibuerit divinum officium facere, vel ubi ipse dominus castelli fuerit, vel familia ejus, vel quilibet ex castello, vel quemcumque pro injuria ecclesie divinum officium non habere censuerint, diligentes observent eo modo quo eis mandabitur. Quod si mandatum illud violasse aliquis monachorum arguetur, veniat in *Suessionense capitulum* culpam hanc vel negaturus vel emendaturus, ut servitur Deo obedientia, Acclesiæ pax et unitas ubique teneatur. At si quis adeo contumax extiterit, ut mandatum non observasse parvipendat, et predicto modo satisfacere contempnat, iste nec apud Abbatem aut Fratres *Majoris monasterii* refugium aut susceptionem inveniat, donec in predicto capitulo culpam illius inobediente aut excuset aut emendet. In hoc autem constitutione pariter collaudatum est ut, quoniam omnes Deo servientes tam clerici quam monachi, beneficiis ecclesiasticis et fidelium oblationibus ali habent, *ecclesie*

Suessionensis que tanti boni et aliorum multorum frequenter erga *Sancti Martini* monachos benigna extiteret, quotannis de eadem capella x solidos accipiat, in anniversario domni Lisiardi episcopi, tam ejus in vita quam post vitam. Hanc autem constitutionem, inter *Suessionensem ecclesiam* et monachos predictos, ut utrimque certa et inmutata permaneat, placuit cyrographi memoria contineri hoc modo, salvo episcopali et archidiaconali jure.

S. Lisiardi episcopi. S. Bernardi decani. S. Fulconis prepositi. S. Ansculfi archidiaconi. S. Petri archid. S. Ebali archid. S. Hugonis precentoris. S. Hugonis sacerdotis. S. Odonis sacerd. S. Johannis sacerd. S. Rodberti diac. S. Gualteri diacon. S. Herberti diac. S. Laurentii diac. S. Tetbaldi, Ivonis, Hugonis, Odonis, item Tetbaldi, item Tetbaldi, Ansculfi, item Hugonis, Blihardi, subdiaconorum. S. Ingelbertuli, Leonelli, Ivoli, accolitorum. Anno Dominice Incarnationis 1113, epacta 12, viiii Kal. Novembris, data est regnante Ludovico anno 6. Ego Bernardus cancellarius subscripsi.

Copie du xviii[e] s., d'après l'original aux archives de Marmoutier, coll. Gaignières, ms. lat. 5441[2], fol. 76-77.

143. — *Robert de Chilly (?) concède la dîme d'Orsonville dépendant de son fief.*

(N.-D. de Chartres, 1104-1114)

Notum sit omnibus sancte Aecclesie fidelibus quod Robertus de Xihis (344) concessit Sto Petro et Sto Martino decimam *Orsunville* (173), que ex fico suo erat, in capitulo Alme Marie. Unde sunt testes : Hilduinus cantor, et frater ejus Gerogius (345), Serannus deca-

344. Peut-être Chilly, aujourd'hui Chilly-Mazarin, ca. Longjumeau, ar. Corbeil

345. Haudoin avait succédé dès 1100 comme préchantre à Gauslin, qui l'étai en 1095. En 1114, on le voit remplacé par Giroie (Géré), que cette charte nou apprend être son frère. — En 1100, Guérin était sous-chantre et Vougrin chancelier ; mais le doyen se nommait Arnaud. La *Gallia* (VIII, 1200) n'a pas conn le décanat de Seran, cité en 1100 comme sous-doyen (Luchaire, *Louis VI*, 330 ; Merlet, *Cartulaire de N.-D. de Chartres*).

nus, WARINUS subcentor, HILDUINUS prepositus, WEGRINUS cancellarius, Herbertus brito, WALDERIUS DE GUALLARDONE (188), RAINBALDUS DE CALNETO (255), Johannes canonicus Sti Stephani, RAIMBALDUS DE SANCTO LOCO (346), STEPHANUS vicedominus (347) ; Wido filius Maurini, Stephanus filius Rotgerii, Frodo pelliciarius, RAINERIUS BURGUNDI, Gislebertus filius Hilduini ; Ernaldus filius Giraudi, servus Sti Martini.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 32, n° 68.

144. — *Louis VI accorde un privilège de liberté et d'immunité au cloître de Saint-Denis de la Châtre.*

(Paris, 1er janvier ou 18 avril — 3 août 1115)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego LUDOVICUS, Dei gratia *Francorum rex*. Notum facimus, tam presentibus quam futuris, quod *claustrum ecclesie Sancti Dionisii de Carcere, muri veteris* ambitu contentum, ab uno latere viae superiori que ducit ad *majorem Beate Marie ecclesiam*, conterminum, ab altero vero latere viae que ducit ad *Sequanam* conjunctum, hanc libertatem et immunitatem habere volumus, ut nullus prepositus nec aliquis officialium nostrorum ab eis qui in ipso claustro manent seu mansuri sunt, aliquam consuetudinem exigire, vel ipsos in aliquo vexare presumat, nisi (*a*) in presenti forefacto et extra claustrum [i]idem fuerint deprehensi. Quicquid est juris in eo spatio (*b*), quod inter claustrum et *Sequanam* situm est, habebamus (*c*), canonicis ejus-

346. Saint-Loup, ca. Illiers, ar. Chartres.

347. Etienne, second fils du vidame Guerri et d'Hélisende, tint la vidamé de Chartres lorsque mourut son frère aîné Hugues II, après 1104 (Cf. ms. lat. 5417, fol. 565); il devint abbé de St-Jean-en-Vallée et trépassa en 1130. Son neveu Hugues III, dont il avait été le tuteur, était vidame en 1118 (Coll. Baluze, XXXVIII, 11), et mourut avant 1126. Hélisende hérita de la vidamé, qui passa après elle à Élisabeth ou Isabelle, sa fille, mariée à Guillaume de erriéres (Coll. Moreau, LII, 102). Cf. notes 38 et 257.

dem ecclesie concessimus. Quod ne umquam (*d*) usurpatoris temeritate infirmari valeat, litterarum memoriae commendari, et nominis nostri (*e*) caractere et (*f*) sigillo signari et corroborari fecimus.

Actum *Parisius*, anno Incarnati Verbi MCXV (*g*) regni nostri VII° (*h*) astantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt (*i*) et signa. Signa ANSELMI dapiferi ; GILBERTI, fratris (*j*) ipsius, buticularii ; HUGONIS constabularii ; GUIDONIS camerarii (*k*).

Data per manum (*l*) STEPHANI cancellarii (348).

(*a*) nec *C* et *D*. — (*b*) spetii *C* et *D*. — (*c*) habibamus *C* et *D*. — (*d*) cujusquam *C* et *D*. — (*e*) mei *C* et *D*. — (*f*) *B* omet « caractere et ». — (*g*) 1115 *C* et *D*. — (*h*) 7° *B C D*. — (*i*) *B* fuerunt. — *C*, *D* et *a* omettent « et signa ». — (*j*) *B* omet « fratris ». — (*k*) *D* candarii. — (*l*) *D* ajoute « hil ».

A. Original perdu. — *B*. Copie faite après 1671, ms. l. 11835, d'après *A*, « ex originali ». — *C*. Copie, L 911, n° 2. — *D*. Copie du XVIIe s., *Cartulaire de St-Denis de la Châtre*, LL 1399, pp. 468-469, avec ce titre : « Charte du Roy Louis 6. Pour la franchise de ceux qui demeurent dans les cloistres de St-Denys de la Chartre. »

Ind. B. N. ms. l. 17048, fol. 471, d'après les titres de St-Denis de la Châtre. — Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 191, p. 96.

Édit. a. R. de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, t. I, p. 192, n° 168 d'après *C*.

145. — *Louis VI autorise Guillaume II de Garlande, qui tenait en fief de la Couronne le péage de Bondy, à constituer sur ce péage une rente perpétuelle de vingt sols au prieuré de St-Martin, pour l'anniversaire de son parent Aubert.*

(Paris, 1er janvier *ou* 18 avril — 3 août 1115)

In Xristi nomine. Ego LUGDOVICUS, Dei dispensante misericordia in *regem Francorum* sublimatus, notum fieri volo tam futuris quam et instantibus quoniam nostram adiit presentiam WILLELMUS DE WARLANDA, fidelis noster, rogans ac obnixe deprecans quatinus

348. Cet acte ne portant point le nom de la reine Adélaïde, que Louis VI joignit au sien à partir de son union, Luchaire en a conclu judicieusement qu'il est antérieur à la célébration du mariage à Notre-Dame de Paris, laquelle est antérieure elle-même au 3 août 1115 (*Annales de la vie de Louis VI*, n° 19[illegible] p. 97). Cf. note 374.

de pedagio suo apud *Bunzeias* (14) collecto, quod a nobis in feodum tenebat, viginti solidos quos pro anima ALBERTI cujusdam cognati sui Beato Martino dederat, donaremus et fratribus ibidem Deo militantibus, pro animarum patris mei et matris mee, predecessorumque nostrorum remedio, in perpetuum possidendos concederemus. Quod ita et fecimus. Verum ut hoc ratum et firmum permaneat in sempiternum, presentem kartam, nostri auctoritate sigilli firmatam et corroboratam, fieri disposuimus; que et plene perfecteque elemosinam istam factam exponat, et in munimentum stabilitatis perpetuo existat. Actum *Parisius*, anno Incarnati Verbi M° C° XV, regni nostri septimo, ADELAIDIS regine primo. Astantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt et signa. S. ANSELLI dapiferi. S. GISLEBERTI buticularii. S. HUGONIS constabularii. S. WIDONIS camerarii (*Monogr.*).

Data per manum STEPHANI cancellarii.

A. Original K 21, n° 11[1]. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 77-78. — *C*. Copie du XII[e] s., ibid., fol. 48', n° 106, s'arrêtant à « existat ». — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 20'. — *E*. Copie du XV[e] siècle, LL 1352, fol. 19'. — *F*. Copie du XVI[e] siècle, LL 1353, fol. 19.

Edit. *a*. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 45. — *b*. Tardif, *Monuments historiques*, n° 362.

Ind. Bréquigny, *Table des dipl*. II, 449. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 195, p. 98.

146. — *Louis VI, à la requête du prieur Thibaud I et du moine Robert de Provigny, affranchit Galon, serf de St-Martin, qu'il avait revendiqué comme s'étant marié à une serve royale, fille du maire de Savigny.*

(3 août 1108 — 23 décembre 1115)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Amen.

LUDOVICUS, Dei gratia *Francorum rex*, notum fieri volumus universis sancte Dei Ecclesie cultoribus tam futuris quam et presentibus, et maxime ministerialibus nostris quod quendam, de familia Beati Martini, VUALONEM videlicet nomine, quem, quia uxorem duxerat de familia nostra, filiam videlicet majoris de *Savinniaco*,

dictante justitia, calumpniabamus, peticione Tedbaldi, *Sti Martini* tunc temporis *prioris*, et Rotberti de Provinniaco ac ceterorum fratrum ejusdem ecclesie, in anime patris mei remedio, cum uxore sua Sto Martino liberum dedimus, et ab omni jugo servitutis qua detentus fuerat, liberum penitus et quietum. Et ut hec libertas ex parte nostra firma et inconvulsa permaneat, memoriale presens inde fieri et nostri nominis karactere, et sigillo signari et corroborari precepimus.

Teste Ivone *Carnotensi episcopo*, Stephano *Parisiensi archidiacono*, Willelmo ipsius fratre, Herluino, Frogerio (*a*).

(*a*) L'évêque Ives de Chartres mourut le 23 décembre 1115. L'archidiacre Etienne de Garlande et son frère Guillaume, Hellouin, précepteur du roi et Froger son chambellan, figurent dans divers actes de Louis VI.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 78'. — *C*. Copie du XIIe siècle, ibid., fol. 49', n° 110.
Edit. a. R. de Lasteyrie, *Cartul. de Paris*, n° 172, t. I, p. 195.
Ind. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 206, p. 103.

147. — *Etienne, comte d'Aumale, concède à St-Martin tout ce qu'il possédait dans les églises d'Airaines, du chef de sa femme Avoie, fille de Raoul de Mortemer.*

(1106 — 8 janvier 1116)

Notum sit omnibus sancte Matris Ecclesie filiis p. et f. quod ego Stephanus *comes Albemarle* (348), concedente comitissa Havisa conjuge mea, et patre ejus Radulfo de Mortuomari (83) — ex eorum enim hereditate erat — communicato cum hominibus nostris consilio, do et concedo Deo et *Sancto Martino de Campis* quicquid habebam in ecclesiis de *Arenis* (349), pro redemptione anime mee et conjugis mee Havise, et prefati Radulfi de Mortuomari et Milesende conjugis ejus, jam defuncte, et omnium antecessorum meorum et illorum, presente domno Thebaldo, *priore Sti Martini de Campis* et multis testibus, quorum ista sunt nomina : Gaufredus filius Fulco-

349. Airaines, ca. Molliens-Vidame, ar. Amiens.

nis, Berengarius de Alniaco, Wilelmus Biseta, Oilardus Baloselllus, Willelmus capellanus ; Warinus de Arenis, *Ambianensis* thesaurarius. Et ut hoc donum stabile et inconcussum in futuris temporibus et generationibus permaneat, ad comprobationem et stabilitatem futurorum cartulam istam sigilli mei impressione confirmavi (*a*).

A. Orig. K 21, n° 5[3] (Musée des Archives, n° 142). — *B*. Copie du xII[e] s., *Liber Testamentorum*, fol. 88'. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 119, complétée de toute la fin depuis « et multis testibus », d'après *A* : « Collata fuit presens carta de Arenis ad suum autographum, cui, sub duplici cauda pergamenea, adpendet rotundum sigillum, in quo figura cataphracti equo insidentis et, manu dextra, prelongum lignum instar hastæ tenentis, cujus circumscriptio vetustate corrosa est. » — *D*. Copie du xv[e] siècle, LL 1352, fol. 131'. — *E*. Copie du xvi[e] siècle, LL 1353, fol. 154'.
Edit. a. Marrier, *Monasterii S. M. de Campis historia*, p. 390.
Ind. Tardif, *Mon. hist.*, n° 400.

148. — *Louis VI autorise Bouchard IV de Montmorency, qui tient en fief de la Couronne le péage du chemin de Pontoise, à constituer sur ce péage deux rentes perpétuelles, l'une de cent sols en faveur de Cluny, l'autre de quarante sols pour St-Martin-des-Champs.*

(Paris, 1[er] janvier *ou* 2 avril — 3 août 1116)

In Xristi nomine. Ego Lucdovicus, Dei gratia, *rex Francorum*, notum fieri volo tam futuris quam et instantibus, quoniam nostram adiit presentiam Burcardus de Montemaurentiaco (226), rogans et obnixe deprecans quatinus, pro animarum patris mei et matris mee, predecessorumque nostrorum remedio, centum solidos quos *ecclesie Cluniacensi* et quadraginta solidos quos similiter *ecclesie Beati Martini in Campis*, pro anima sua dederat, quoniam de feodo nostro erant, in perpetuum habendos concederemus. Disposuit

(*a*) Les dates extrêmes sont celles du gouvernement du prieur Thibaud I[er]. Etienne fut comte d'Aumale de 1090 à 1118.

equidem BURCARDUS ut unoquoque anno supradictis ecclesiis isti denarii redderentur, et de pedagio suo quod est in *camino Pontisarensi*, acciperentur : centum scilicet solidi *ecclesie Cluniacensi* in Capite Jejunii, et quadraginta solidi *ecclesie Beati Martini* in ejusdem sancti festo hiemali. Cujus petitioni, prout dignum erat, adquievimus. Verum ut hoc ratum et firmum permaneat in sempiternum, presentem kartam, nostri auctoritate sigilli firmatam et corroboratam, fieri disposuimus, que et hanc elemosinam ab ipso BURCARDO factam et a nobis concessam demonstret, et in munimentum stabilitatis perpetuo existat. Actum *Parisius* anno Incarnati Verbi M° C° XVI°, regni nostri VIII°, ADELAIDIS regine II°. Astantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt et signa. S. ANSELLI dapiferi. S. GISLEBERTI buticularii. S. HUGONIS constabularii. S. WIDONIS camerarii.

Data per manum STEPHANI cancellarii (*Monogr.*).

A. Original K 21, n° 11[3]. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 78. — *C*. Copie du XII[e] s., ibid., fol. 48'-49, n° 107. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 20. — *E*. Copie du XV[e] s., LL 1352, fol. 20 (date 1117).

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 46. — *b*. Duchesne, *Hist. de la maison de Montmorency*, Preuves, p. 36, d'après *D*. — *c*. Tardif, *Mon. historiques*, n° 365.

Ind. Bréquigny, *Table des dipl.*, II, 457. — Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 210, p. 104.

149. — *L'évêque de Chartres approuve un arrangement conclu devant Eudes, archidiacre du Pinserais, entre les moines de St-Martin et Eudes, curé de Crespières.*

(Chartres, vers 1116)

In nomine sancte et individue Trinitatis (*a*). Omnibus notum habeatur fidelibus quod de quadam controversia que inter monachos *Sti Martini de Campis* et sacerdotem de *Cresperiis* (350) de

(*a*) Le nom de l'évêque est omis. — (*b*) *B* alliam.

350. Crespières, ca. Poissy, ar. Versailles.

terra arabili ecclesie prenominate ville, et de tercia parte oblationum ejusdem, et de quadam decima de *valle Codrille*, et de modio frumenti orta fuerat, facta est *Carnotum* inter eos concordia, in episcopali curia in presencia nostra et domini ODONIS archidiaconi nostri (*a*). Monachi etenim, sicut pacis amatores, ut sua quiete possiderent, duas oblationum partes et decimam de *valle Codrille*, et modium frumenti, et duos agripennos de terra supradicte ecclesie, illi sacerdoti dimiserunt. Ille autem sacerdos, ODO scilicet, monachis totam aliam (*a*) terram et terciam partem oblacionum benigne et voluntarie dimisit.

Hujus rei testes sunt : GISOLDUS sacerdos de *Spoonis* (352), MAINARDUS s[acerdos de] *Maruillo* (352), GAUFREDUS s[acerdos] de *Morainviler* (352); XRISTIANUS, s[acerdos] de *Torncio* (352).

A. Original perdu. — *B*. Copie du XII[e] siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 89.

150. — *Manassé, petit-fils d'Eve, renonce, moyennant 50 sols, à toute revendication sur deux pressoirs, le droit de garde des vignes et deux arpens de vignes donnés à St-Martin par Eve son aïeule maternelle, du vivant du prieur Thibaud I[er], et qu'il avait revendiqués plus tard. Parmi les témoins, le sénéchal Anseau de Garlande et son frère Guillaume.*

(Avant et peu après le 8 janvier 1116)

Presentibus et futuris notificamus quod EVA, pro salute animæ suæ, dedit monachis *Sti Martini de Campis*, vivente domno TEO-

351. Eudes paraît ici comme archidiacre du Pinserais. En 1114, il l'était du Blésois, tandis que Goslin tenait l'archidiaconé de Poissy (Coll. Moreau, XLVII, 134). Il y a lieu de penser que cette mutation est attribuable au successeur d'Ives de Chartres, Geofroi II, élu en 1116. Le document le plus récent en date, compris dans cette troisième partie du *Liber Testamentorum*, est de 1129.

352. Epone, ca. Mantes (Seine-et-Oise). — Mareil-Marly, ca. St-Germain-en-Laye, ar. Versailles. — Morainvilliers, ca. Poissy. — Thoiry, ca. Montfort-l'Amaury, ar. Rambouillet.

BALDO priore (353), duo torcularia cum vinearum custodia, et duos arpennos vinearum. Sed his omnibus intulit postea (353) calumpniam MANASSES filius filiæ ipsius EVÆ. Propterea monachi fecerunt cum eo concordiam, tribuentes ei L solidos ; concessit atque donavit supradicta omnia Sto Martino. Adfuerunt testes ANSELMUS dapifer et WILLELMUS frater ejus ; HENRICUS LOTHARINGUS (75), Erluinus, Fredericus filius Tetbaldi ; DROGO major (328).

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1118, *Liber Testamentorum*, fol. 35', n° 78.

Edit. R. de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, t. I, p. 201, n° 177.

150 *bis*. — *Donations à St-Martin des Champs, au temps du prieur Thibaud Ier :*

par Adam de Vineseuil d'une part de la dîme de Montmartre ; par Raoul II le Bel et sa femme Lisoie de l'église de Domont.

(1107-8 janvier 1116)

Ind. Lettres d'Etienne, évêque de Paris, en 1124, n° **174**.

151. — *Martin (Mathieu Ier ?), prieur de St-Martin-des-Champs, prend part aux délibérations d'une cour ecclésiastique présidée par Clérembaud, évêque de Senlis, à St-Arnoul de Crépy. Le chevalier Enguerran est débouté de ses revendications sur un bourg situé dans la banlieue de Crépy, dont son aïeul s'était emparé, et qu'il*

353. La comparaison des deux premières phrases de cette notice révèle que la série de cent pièces (en fait 98 seulement) qui constitue la première partie du recueil factice ms. lat. 10977, et porte le titre de *Liber Testamentorum Sanct Martini de Campis*, a été rassemblée et transcrite après la mort du prieur Thibaud Ier (8 janvier 1116). Cette notice a été rédigée entre son décès et celuii d'Anseau de Garlande. Au cours du troisième siège du Puiset par Louis le Gros, qui se place, d'après Luchaire (*Annales de la vie de Louis VI*, p. 115, n° 236), entre le 5 janvier et le 1er mai 1118, le châtelain Hugues III, dans une sortie, tua le grand-sénéchal d'un coup de lance. Il est naturel de penser que Manassé profita de la disparition du prieur Thibaud, très en faveur auprès du jeune roi, pour soulever contre la libéralité de sa grand'mère maternelle une réclamation d'ailleurs couronnée de succès.

avait restitué sous réserve de jouissance précaire pour lui et un seul héritier. Il est constaté que ce bourg fut donné par Gautier II, comte d'Amiens et de Crépy, et sa femme, la très noble Adèle, avec l'agrément du roi Robert II, au monastère de St-Arnoul. Ce don fut confirmé par les métropolitains de Reims, de Rouen et de Sens et de nombreux évêques, et par un privilège pontifical accordé par Jean XIX [1024-1033]. *Assistent au plaid les abbés Guibert de Nogent, Eudes de St-Crépin de Soissons, Baudoin de St-Vincent de Senlis, les chevaliers Adam de Crépy, Daimbert de Montereau, Richard II de Béthisy et autres.*

(St-Arnoul de Crépy, 1117)

In nomine Domini, amen. Ego CLAREMBALDUS *Silvanectensis episcopus*, notum facio omnibus justitiæ cultoribus, qualiter die data placiti apud *Crespeium*, in curia *Sancti Arnulfi*, sub justitia HUGONIS, ejusdem loci prioris, quidam miles INGELRANNUS proclamavit contra *monachos Crespeienses* quoddam *burgum*, in *suburbio castri* situm et a monachis ab antiquo possessum, dicens illud sui juris esse debere, et tam a suo avo quod a suo patre DROGONE possessum fuisse ; addidit etiam matrem suam per dies aliquot et noctes tenuisse. Ad hæc monachi respondentes dixerunt : « Si parentes vestri aliquid in burgo illo tenuerunt, violentia fuit. WALTERIUS namque, *comes Ambianensis* simul et *Crespeiensis*, cum uxore sua ADELA nobilissima, inter multa alia illud beato Arnulfo olim dederunt, et assensu *regis Francorum* ROBERTI idipsum confirmari fecerunt ; hoc autem ARNULFUS *archiepiscopus Remensis*, ROBERTUS *archiepiscopus Rothomagensis*, LEOTHERIUS *archiepiscopus Senonensis* (354) et alii quamplures episcopi sub anathemate confirmarunt. Postmodo vero JOHANNES papa (qui sedit ab anno M. XXIV ad M. XXXIII) (*a*) auctoritate privilegii sui illud idem corroboravit ; insu-

354. Arnoul, archevêque de Reims, élu en 988, mort le 5 mars 1021. — Robert, archevêque de Rouen, élu en 990, mort avant le 10 avril 1037. — Lierri, archevêque de Sens, consacré en 1001, mort le 26 juillet 1032. Ces personnages ont dû se trouver réunis à l'occasion du sacre de Hugues II, fils de Robert le Pieux, à Compiègne, le 9 juin 1017. — Carlier (*Hist. du Valois*, III, Preuves, p. 10) donne la bulle de Pascal II (Lagny, 3 mai 1107). Cf. Jaffé-Wattenbach, I, 740, n° 6132 (4560).

per et dominus papa Paschalis, præteritis annis, apud *Latiniacum super Marnam* (*b*) privilegii sui præcepto sancivit. » Supradicti quoque monachi hæc etiam addiderunt, dicentes quod « Hugo avus ejus, qui burgum illud violenter invaserat, ad ultimum recognoscens violentiam, burgum beato Arnulfo dimisit, præter mansuram suam, quam sibi tantum et uni hæredi suo, sub censu trium solidorum ecclesiæ quotannis reddendorum, retinuit ; ita videlicet ut per obitum suum et sui tantum unici hæredis in perpetuum ecclesiæ remaneret. Defuncto autem hærede, jus suum ecclesia ex integro recepit, quiete plus quam viginti quinque annis tenuit, cum Ingelrannus decem annis et eo amplius, in patria miles extitisset, et magnam inde calumniam ostendisset. » His dictis, apostolica privilegia citata, quæ dicta sunt affirmantia, monachi præsentaverunt ; qui vero adversabantur, nihil omnino contra privilegia dixerunt. Post hæc prior Hugo, qui justitiam causæ tenebat, judicium fieri præcepit ; et cum ecclesiastica persona, scilicet Hugo, prior canonicorum de *Bethisy*, judicium repræsentaret, Ingelrannus subterfugit, et qui ad justitiam venerat ecclesiasticam, judicari ab Ecclesia contemsit, unde judicio ecclesiastico locum clamoris amisit. Huic audientiæ affuerunt mecum Wibertus *abbas de Nongento* (355), Odo *abbas Suessionensis*, Balduinus *abbas* canonicorum *Sancti Vincencii Silvanectensis* (355), Martinus *prior Sancti Martini de Campis* (356), Hilo prior de *Coinceio* (357), Robertus prior de *Sancta Margareta*, Artaldus prior de *Nantolio* (357) cum multis

355. Guibert, célèbre écrivain du XIIe siècle, dont les œuvres furent mises au jour par D. Luc d'Achery, fut élu en 1105 abbé de Nogent-sous-Coucy, et mourut en 1124 (*Gallia*, IX, 607). — Eudes, ancien moine de Morigny, devenu abbé de St-Crépin-le-Grand de Soissons, fut transféré à St-Remi de Reims en 1118 (*Gallia*, IX, 397). — Baudoin I, abbé de St-Vincent de Senlis, est cité dans de nombreux titres à partir de 1117 ; il fut remplacé par Baudoin II en 1138 (*Gallia*, X, 1495).

356. *Martinus* est-il le résultat d'une confusion du scribe et s'agit-il ici du prieur *Matheus* ou Mathieu Ier ? Le prénom de Martin porté par un moine bénédictin est normal et rien n'autoriserait à le révoquer en doute, sans preuve contraire. Mais aucun texte, ni dans les archives ni dans le nécrologe de St-Martin-des-Champs, ne relate un prieur Martin à la tête de la communauté. Le seul moine de ce nom commémoré mourut étant prieur de Cressonsacq, au XIIIe siècle.

357. Coincy, ca. Fère-en-Tardenois (Aisne), où se trouvait en 1354 le « prio-

aliis honestis viris, tam clericis quam monachis. Laici vero sunt hi : ADAM DE CRISPEIO, DAIMBERTUS DE MONSTERIOLO, Radulfus de Mastroso, RICHARDUS *castellanus de Bethisy*, Paganus del Castel, Walterus de Faredo, Tancardus, Fulco præpositus, Viardus telonearius et multi alii, anno Verbi Incarnati M. CXVII, regnante LUDOVICO Crasso (*d*) *rege Francorum*.

(*a*) Les limites de date incluses dans la parenthèse sont une glose du copiste ou de l'éditeur. — (*b*) Le texte portait apparemment « Maternam ». — (*c*) « Capellanus », dans le texte imprimé, est une pure coquille. — (*d*) « Crasso » constitue une interpolation du copiste.

A. Original perdu. — *B*. *Cartulaire de St-Arnoul de Crépy*, perdu (Cf. H. Stein, *Bibliographie générale des Cartulaires français*, n° 1103).
Edit. a. *Gallia christiana nova*, X, Instrum., col. 423-424.
Ind. Carlier, *Histoire du duché de Valois*, t. I, p. 445.

151 *bis*. — *Donation à Saint-Martin, au temps de Galon, évêque de Paris, par le chevalier Flohier, maréchal du roi Philippe Ier, de la chapelle St-Jacques* [-la-Boucherie].

(1107-9 mars 1117)

Ind. Bulle de Calixte II, n° **157** (Cf. note 362).

152. — *Louis VI, à la prière de Mathieu I, prieur de St-Martin, donne le serf royal Ansoud à ce monastère.*

(Paris, 3 avril — 3 août 1117).

In Xristi nomine. Ego LUDOVICUS, Dei gratia *Francorum rex*. Notum fieri volo tam futuris quam et instantibus quoniam nostram adiere presentiam domnus MATHEUS, *prior Sancti Martini*, totusque

ratus Sancti Petri de Coinssiaco ». Matton (*Dict. topog. de l'Aisne*, p. 73) attribue la fondation du prieuré de Coincy à Thibaud III de Champagne en 1072 ; mais il ne cite aucun acte le concernant antérieur à 1165. — Sainte-Marguerite, éc. Bucy-le-Long, ca. Vailly, ar. Soissons. — Nanteuil-le-Haudouin, ar. Senlis.

ejusdem ecclesie conventus, rogantes ac obnixe deprecantes quatenus, pro animarum patris mei et matris mee, predecessorumque nostrorum remedio, quemdam servum nostrum, nomine Ansoldum, *ecclesie Bti Martini* donaremus. Quorum petitionem misericorditer amplexus, eum eidem Ecclesie, nihil prorsus in eo retinentes, in perpetuum donavimus. Verum ut hoc ratum et firmum maneat in sempiternum, presentem kartam, nostri auctoritate sigilli firmatam et corroboratam, fieri disposuimus, que et istud donum patenter exponat et in munimentum stabilitatis perpetuo existat. Actum *Parisius*, anno Incarnati Verbi M°C°XVII°, regni nostri VIII°, Adelaidis regine III°. Astantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt et signa : Signum Anselli dapiferi. Signum Gisleberti buticularii. Signum Hugonis constabularii. Signum Widonis camerarii (*Monogr.*). Data per manum Stephani cancellarii.

A. Original K 21, n° 11[3]. Sceau plaqué. — *B.* Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 77'. — *C.* Copie du XII[e] s., ibid., fol. 49, n° 109, s'arrêtant à « existat ». Les mots « prior totusque » abrégés et juxtaposés, ont donné lieu par leur physionomie « portotus » à une méprise étrange d'un annotateur du XVI[e] siècle qui a écrit en marge : « Du portier de St Martin que met le roy de France audit lieu. » — *D.* Copie de 1209, LL 1351, fol. 21.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 161. — *b.* Duchesne, *Hist. des Cardinaux français*, II, 79. — *c.* Robert de Lasteyrie, *Cartulaire gén. de Paris*, n° 176, p. 200.

Ind. Tardif, *Monuments historiques*, n° 366. — Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 225, p. 110.

153. — *Dreux II de Mello, archidiacre de Brie, donne à St-Martin-des-Champs, du consentement de Louis VI, tout ce qu'il possède en biens et en seigneurie à Marolles, Chevru et Mandres. Gilbert II, évêque de Paris, et tout son chapitre, constatent solennellement cette libéralité.*

(Paris, 3 août 1117 — 14 avril 1118)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Drocho *archidia-*

conus Parisiensis (358). Notum fieri volo cunctis fidelibus tam presentibus quam posteris quod ecclesie *Bti Martini de Campis* et monachis ibidem Deo servientibus, laudante et concedente domino meo LUDOVICO rege, et in presentia reverendi patris GILBERTI *Parisiensis episcopi*, dedi et concessi quicquid habebam in villa que *Marollas* nuncupatur, terram, hospites, censum, nemus, justiciam, dominium, viariam et omnes feodos et omnes dominicaturas tam in nemoribus quam in terris ad potestatem ejusdem ville pertinentes, et cum pertinenciis, videlicet quicquid habebam apud *Chevriacum* villam et apud *Meindres* (359) seu ubilibet. Et ut donum elemosine hujus firmius stabiliretur, sigilli mei et sigilli predicti episcopi impressione et testium subnotatione roborari precepi. Que ut firma et inconcussa permaneant, ego GILBERTUS Dei gratia *Parisiorum episcopus*, licet indignus, hec omnia predicta in scriptum redegi, et tam sigilli mei munimine quam testium subnotatione, sigillo DROCHONIS DE MELLO *archidiaconi Parisiensis* predicti, corroborari precepi. Hii sunt testes qui hec viderunt et audierunt : BERNERIUS decanus, STEPHANUS archidiaconus, THEOBALDUS (*a*) cantor, HENRICUS subcantor ; Thierricus, Hubertus, presbiteri ; Guillermus, Reinaldus, diaconi ; Algrinus, Symon, canonici. Actum publice *Parisius*, in capitulo Sancte Marie, anno Incarnationis Domini millesimo centesimo decimo septimo, regnante rege LUDOVICO anno decimo, et episcopatus nostri anno quinto (*b*), indictione I, epacta XX, concurrente IIII. Ego THEOBALDUS cancellarius legi et subscripsi.

A. Original perdu. — Les mentions chronologiques qui suivent l'année du règne sont interpolées, et toutes sont fausses. L'indiction I répond à 1123, l'épacte 20 à 1112, le concurrent 4 à 1115 et 1120. — Gilbert II fut sacré entre le 9 mars et le 9 avril 1117 (Depoin, *Essai sur la chronol. des év. de Paris ; Bull. hist. et philologique*, 1906, p. 238). — *B*. Registre en

---

358. Frère de Gilbert de Mello ; neveu d'Ives précédemment archidiacre de Brie, et oncle d'Ives II, qui tint plus tard le même archidiaconé.

359. Chevry, ca. Brie-Comte-Robert, ar. Melun (voisin de Marolles-en-Brie). — Mandres, ca. Boissy-St-Léger, ar. Corbeil.

(*a*) *a* laisse en blanc ce nom. — (*b*) Ici s'arrête le texte édité par *a*.

papier intitulé : « Ce sont les coppies de la fondation et dotation du prieuré et seigneurie, ensemble la justice de Marolles-en-Brye, tirées et coppiées des orignaulx » (1117-1569), fol. 1-2. Arch. de S.-et-O. A 1110.

Edit. a. Marrier, *Mon. S. M. de C. hist.*, p. 365.

Ind. Luchaire, *Ann. de la vie de Louis VI*, n° 228, p. 111.

154. — *Dotation du prieuré de Gournay-sur-Marne par Anseau de Garlande, sénéchal de Louis VI (a).*

Cette dotation comprend : les deux tiers du village de *Roissy*, dont les moines avaient déjà le tiers, à l'exception des bois où des droits d'usage sont concédés à eux et à leurs hôtes (paysans) ; l'église de *Noisiel* avec toutes ses dépendances ; la dîme de *Pontault* et de plusieurs territoires voisins : une partie de la dîme de *Torcy*; l'église, l'aître et de la dîme d'*Essonnes*. Anseau confirme les dons de deux de ses vassaux, *Baudoin de Clacy* et *Aubert de Brie*. Ses trois frères, *Etienne*, *Guillaume* et *Gilbert de Garlande* approuvent ses libéralités.

(1110-1118)

A. Original perdu.

Ind. Bulle de Calixte II (1119), n° **157**. — Diplôme de Louis VI (1122) n° **162**. — Lettres de Gilbert II, évêque de Paris (1122), n° **166**.

155. — *Enguerran, évêque d'Amiens, constate qu'après la prise du château d'Encre sur les tyrans qui l'occupaient, le comte Baudoin de Flandre a restitué à l'église St-Gervais une famille de serfs qui leur avait été soustraite. Il confirme les possessions de la collégiale d'Encre, desservie par des clercs.*

(1118)

Ego Ingelramnus, gratia Dei *Ambianensis episcopus*, omnibus catholice Ecclesie fratribus et filiis p. et f., salutis et pacis interminabilem jocunditam. Necessarium ducimus, fratres in Domino

(a) Sur la date funèbre d'Anseau de Garlande, voir la note 353.

dilectissimi, nos qui, gratuita Dei benegnitate, in ecclesia pastoralis cure offitio fungimur, studiosa sollicitudine, animo quoque indesinenter vigilante, super dominici gregis ovile, quod nobis a Domino creditum est, officiosissime intendere atque, pro viribus nobis a Deo patre collatis, speculatoris ipsius actiones imitari (*a*) qui super specula jugiter stans, die ac nocte nequaquam dormitat (*b*), in eternumque non dormiet, populum quem peculiarem sibi ex omnibus elegit, conservando ac protegendo familie Israël ; super muros nempe hujus terrestris Jerusalem, que in valle lacrimarum, primi parentis culpa, posita, servit cum filiis suis, custodes constituimur, ejus culturam, regimen, tutelam, jugemque observantiam ordinis nostri, ratione profitemur. Proinde omni tempore ab hostili incursu sibi debemus providere, indefessaque (*c*) vigilantia precavere, ne repentinis perversorum opressa injuriis, substantiolam ad usus sibi necessarios a fidelibus delegatam, negligencie nostre torpore (*d*) amittat. Consequens est itaque, fratres karissimi, ut propter miseriam inopum devitandam, propter gemitum pauperum supprimendum, exurgamus, et adversus nefarios ecclesiasticarum possessionum pervasores, gladium usque ad animam pervenientem exaremus, et firmi muniminis decretum, privilegiumque in perpetuum, Deo agente, duraturum, concordi conscriptione sanctiamus, possessionibus cunctis *ecclesie Encrensis*, in honore beatorum martirum Gervasi et Prothasii, sanctique Richarii confessoris dedicate. Hodie ego predicte ecclesie rebus privilegium confirmantes, excommunicamus, et sub anathemate persecutorum rabidam violentiam penitus inhibemus : altare *Sancti Martini de Berbieres* (360) et omnis decima totius *Encrensis ville*. Ecclesia de *Alviler* tota, altare scilicet et altaris casa. Tota ecclesia de *Buxeria* similiter. Tota ecclesia similiter de *Bocurte*. Tota ecclesia de *Busincurt* similiter. Tota

(*a*) *B* immitari. — (*b*) *B* dormittat. — (*c*) *B* indefensaque. — (*d*) *B* corpore.

360. Boiry-Notre-Dame, Brebières, Riencourt, ca. Vitry-en-Artois, ar. Arras. — Ablain-St-Nazaire, ca. Vimy, ar. Arras. — Beaucourt-sur-l'Ancre, Bouzincourt, Mesnil-Martinsart, Ovillers-la-Boisselle, ca. Albert, ar. Péronne. — La Buissière, ca. Houdain, ar. Béthune (*Buxeria*, 1189 ; De Loisne, *Dict. topogr. du Pas-de-Calais*, p. 75).

ecclesia de *Revincurt*. Tota ecclesia de *Ingelbertimanso*. Tota ecclesia de *Vitemont*. Tota ecclesia de *Maisnil*. Tota ecclesia de *Martinsart*. Tota ecclesia de *Ablins* (360) cum omnibus decimis harum undecim ecclesiarum, et ea omnia que pertinent ad tesaurariam que communis juris est, Encrensium scilicet clericorum : hospites, novales, porteria de *Boiris*, de *Burgartcurt*, de *Amicurt*, quarta pars tocius *Villaris*, XIV hospites de *Melca* (361), cum multa terra arabili et familia tota Sancti Ricarii, quam, ante nostra tempora, domini castelli injuste sibi usurpaverant, quamque scilicet clerici loci, triennio antequam *consul Flandrensis Encram* haberet, recuperaverant. Cum vero BALDUINUS, *consul Flandrensis, Encram* possideret, adiscens ab omnibus hominibus castelli quod ipsa familia a tyrannide antecedentium dominorum castelli, injuste occupata super ecclesiam fuerat, precavens in futurum ne ulterius ecclesia auferetur, sponte ad ecclesiam venit, domumque ejusdem familie super altare posuit, precipiens sacerdotibus et clericis ecclesie eos excommunicare, quicumque ulterius presumerent eam ab ecclesia separare. Hec omnia sicut prediximus, ecclesie predicte, clericisque ejus in perpetuum possidenda firmamus, eosque qui hec violare presumpserint, perpetue maledictionis vinculo colligamus, et a cetu ecclesie sequestramus. Ut autem imposterum ratum habeatur quod gestum est, ego INGELRANNUS, gratia Dei largiente, *Ambianensis episcopus*, primus huic decreto, consensu et voluntate omnium *Ambianensis sinodi* personarum roborato, subscribo, similiter et alii ex nostra voluntate et sua subscribunt. Actum anno ab Incarnatione Domini M° C° XVIII°.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 93', non collationnée. — *C*. Copie du XVe siècle, LL 1352, fol. 81'. — *D*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 96. — *E*. Copie du XVIIe s., coll. Duchesne, LXXI, 62.

---

361. Saint-Blaise, éc. Guines, ar. Boulogne, *Milleca*, vers 1116, *Melleka* 1210 (De Loisne, ib., p. 339).

56. — *Raoul, archevêque de Reims, confirme, à la prière de l'évêque d'Amiens Enguerran, la cession, au frère Robert et aux chanoines de St-Augustin, de l'église de Wahagnies et de ses dépendances.*

(Reims, 3 août — fin septembre 1119)

Rodulfus, Dei gratia, *Remensis ecclesie*, licet indignus, minister t servus, universis sancte matris Ecclesie filiis p. et f., in domino hesu salutem, et in bono unanimitatem. Nos quos propitia Diviniıas Ecclesie sue ministros ordinavit, ecclesiarum ac monasterium ıtilitatibus compellit suscepti regiminis cura, debita sollicitudine ɔrovidere, ac piis bonorum desideriis assensum prebere. Quocirca lonni Ingelranni *Ambianensis*, confratris et coepiscopi nostri, ɔonam voluntatem audientes, et sue presentis persone peticionem ;anam suscipientes, justa privilegii sui sententiam, ecclesiam quanlam in honore egregii confessoris et preciosi pontificis Xristi Marıini, sitam in *Guangneii* (362), fratri Roberto et canonicis ibidem :egulam Bti Augustini propositumque profitentibus, cum possesıionibus quas nunc habent, et que nostris et successorum nostro-:um temporibus concessione pontificum, vel oblatione fidelium, :egulariter ei accedere potuerunt, metropolitana auctoritate firmamus. Ad hoc decernimus ut nulli omnino homini liceat perturbare eandem ecclesiam temere, aut ejus possessiones auferre, vel ablata retinere, vel temerariis vexationibus fatigare. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa, sigilli nostri impressione ac probabili personarum testimonio ea muniri ac roborari precepimus. Signum Odonis, abbatis *Bti Remigii*. S. Hugonis, abbatis *Altovillarensis*. S. Joffridi, *Sti Theoderici* abbatis. S. Joranni, *Bti Nicholai* abbatis. S. Ursionis, *Bti Dyonisii* abbatis. S. Nycholai archidiaconi. S.

362. Wahagnies, ca. Pont-à-Marcq, ar. Lille. — Tous les dignitaires rémois sont mentionnés dans la *Gallia*, t. IX, sauf Joran, abbé de St-Nicolas-au-Bois, qui doit s'intercaler (ibid., col. 612) entre Bernier (1102) et Denis (1120).

Ebali prepositi. S. Joffridi decani. S. Lamberti cantoris. S. Gerardi. S. Elberti. S. Ade, presbiterorum. S. Fulcuini. S. Ermenrici. S. Richardi, dyaconorum. S. Symonis. S. Gerardi. S. Leonis, subdyaconorum.

Actum *Remis*, anno Incarnati Verbi mill° C° X° VIIII, indictione xi[a], regnante Ludovico gloriosissimo *rege Francorum*, anno xii; archiepiscopatus autem domni Rodulfi anno xiii (*a*).

Fulchradus cancellarius recognovit, scripsit et subscripsit.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 94.

156 *bis*. — *Donations à St-Martin-des-Champs énumérées ci-après :*

A *Paris*, la chapelle *St-Nicolas*[-des-Champs];

En Parisis, par Eudes, comte de Corbeil :

A *Taverny*, *St-Prix* et *Moncelles*, des hôtes, des vignes, des cens, deux châtaigneraies limitrophes.

Par le moine Bérenger, avec le consentement d'Osmond, seigneur du château de Chaumont-en-Vexin :

Une terre, une [censive] et des hôtes au *Val-de-Jouy*[le-Moutier].

Par Bouchard IV de Montmorency :

L'autel, l'église, l'aître et la dîme d'*Ecouen*.

Par le moine Cléopas :

Une terre à *St-Marcel*.

Par des donateurs non précisés :

A *Vitry-sur-Seine*, une maison, un pressoir, un vignoble.

A *Belleville* et à *Montmartre*, des pressoirs et des vignes.

(1107-27 novembre 1119)

Ind. Bulle de Calixte II, n° **157**.

(*a*) A défaut de la date précise de consécration de l'archevêque Raoul, on connaît celle de la mort de son devancier (17 septembre 1106); sa 13[e] année n'a pu commencer avant fin septembre 1118. La 12[e] année de Louis VI commence le 3 août 1119. Les limites probables de date pour cette pièce sont donc : « 3 août — fin septembre 1119. »

157. — *Bulle de Calixte II confirmant toutes les possessions de St-Martin-des-Champs, y compris celles acquises depuis les confirmations générales d'Urbain II et de Pascal II.*

(Saint-Denis, 27 novembre 1119)

Calixtus episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Xristo filio Matheo, priori monasterii *Sti Martini* quod *de Campis* dicitur, salutem et apostolicam benedictionem. Sicut injusta poscentibus nullus est tribuendus effectus, sic legitima desiderantium non est differenda peticio. Proinde nos, dilecte in Xristo fili, Mathee prior, tuis petitionibus annuentes, *Bti Martini monasterium* cui, auctore Deo, ex venerabilis fratris nostri Pontii, *Cluniacensis abbatis*, institutione presides, presentis decreti auctoritate munimus, statuentes ut, quemadmodum cetera *Cluniacensis cenobii* membra, semper sub Apostolice Sedis tutela permaneat. Cuncta etiam que, in presenti xiii[a] indictione, eidem loco pertinere videntur, quieta vobis semper et integra permanere sancimus. Videlicet in *pago Parisiacensi*, decimam ejusdem prefati *monasterii Sti Martini*, et altare et decimam de *Calleuio*; in *suburbio Parisiace urbis, ecclesiam Sti Jacobi* cum parochia; prope *monasterium Sti Martini, capellam Sti Nicholai*; infra urbem, in *vico* qui dicitur *Judeorum*, furnum quemdam, et ad *Magnum Pontem*, duo molendina; *ecclesiam Sti Dionisii de Monte-martirum* (180), cum *capella* que *ad Sanctum Martirium* appellatur; *Nusiellum* (137) villam cum ecclesia et atrio, et omnibus appendiciis suis; *Rusiacum* (141) villam, quam dedit Anselmus (353) dapifer; apud *Taverniacum* (362) et *Turnum* (223) et *Moncel-*

362. Les origines de l'église St-Jacques-de-la-Boucherie sont fort obscures. Sauval et Piganiol assurent qu'elle remplaçait une chapelle de Sainte-Anne fondée sous le roi Lothaire. Ils n'en ont fourni aucune preuve (Duplessis, *Annales de Paris*, p. 214). Le culte de sainte Anne s'est développé bien plus tard. D'ailleurs St-Jacques était une simple chapelle lorsque St-Martin la reçut : « Quam dedit, sicuti docet vetus manuscriptum nostrum, monasterio Martiniano quidam *Pontius Archambert.* » Ce passage de D. Marrier renseigne faiblement sur la personnalité du donateur : il serait puéril de relever l'hypothèse de

lum (362), hospites et vineas, et census, et silvam castanearum, ex dono Oddonis, *comitis de Corbolio*, et aliam silvam de castaneis juxta eandem sitam ; ecclesiam de *Eriniaco* (222) ; apud *Pontisarum castrum*, de dono regio, et Radulfi Delicati et Garneri Silvanectensis (211), hospites, censum et terras ; apud *Vallem Joiaci* (362), terram, censum et hospites, ex dono cujusdam monachi Berengarii, concedente Osmundo de Calvomunte (362) ; et villam *Castaneium* (206), cum ecclesia et decima ; et terram de *Puteolis* (364) ; et altare de *Fontaneto* (364) ; altare, æcclesiam, atrium et decimam de *Escuem* (365) ; altare, atrium et decimam de *Campiniaco* (25) ;

---

l'abbé Villain (*Hist. de St-Jacques-la-Boucherie*, p. 12) que ce *Pontius* pourrait bien avoir vécu sous Charles Martel, parce que dans ce temps-là beaucoup de biens d'église furent donnés à des capitaines. St-Jacques n'avait point appartenu à l'église mérovingienne de St-Martin, car il n'en est pas question avant la bulle de Calixte II. Au lieu de *Pontius Archembert*, le texte primitif de la notice citée par Marrier n'aurait-il pas été *Pontius Archimandrita*, et ne serait-ce pas l'abbé de Cluny, Ponce, successeur en 1109 de saint Hugues, qui aurait réuni à St-Martin cette chapelle St-Jacques, antérieurement offerte à sa congrégation ? On s'expliquerait ainsi l'absence, dans les archives martiniennes, de toute espèce de titre la concernant. D'après un mémoire cité par Villain, les évêques de Paris auraient autrefois disposé de cette chapelle. Elle fut sans doute remise en leurs mains par les laïcs qui la détenaient, afin qu'elle fût transmise à Cluny. Comme on l'a vu note 268, p. 160, le donateur de la chapelle St-Jacques à l'Église fut, d'après le nécrologe, le maréchal de Philippe Ier, Flohier. En 1124, Etienne, évêque de Paris, rappelle (n° **174**) que *ses devanciers* concédèrent à St-Martin le droit de présenter le desservant de St Jacques. Ainsi la libéralité de Flohier est antérieure à l'épiscopat de Gilbert II, prédécesseur immédiat d'Etienne ; elle remonte au temps de Galon (mort le 9 mars 1117).

363. Taverny, ca. Montmorency, ar. Pontoise. — Moncelles, partie du territoire de Taverny où se trouve l'église Notre-Dame. — Le val de Jouy, à Jouy-le-Moutier, ca. Pontoise. — Sur Osmond, seigneur du château de Chaumont-en-Vexin, cf. Depoin, Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 369. — Le moine « Berengarius » pourrait bien n'être autre que le « Bernerius clericus » de Pontoise qui fit avec St-Martin (n° **57**) une convention comportant son entrée éventuelle dans la communauté.

364. Le voisinage de Fontenay-les-Louvres donne lieu de croire qu'il s'agit de Puiseux-les-Louvres.

365. La seigneurie d'Ecouen (ar. Pontoise), ayant toujours été incorporée à la baronnie de Montmorency, c'est à l'un des barons, Bouchard IV (cf. n° **166**), qu'il faut attribuer la donation de l'église, de l'aitre et de la dime. Cette libéralité est antérieure sans doute à l'établissement du *Liber Testamentorum* où fut inséré le document n° **58**, relatif à la succursale d'Ezanville ; d'autre part, elle

ecclesiam de *Doomunte* cum appendiciis (212) suis; altare de *Ermenovilla* (298); ecclesiam de *Duniaco* (108), et molendina et cetera que ibi sunt Sti Martini; apud *Pontem Ebali* (106), curtem et terras; *Cevrencum* (99) villam, cum appendiciis suis, et æcclesiam ejusdem ville cum capella et decima de *Livriaco* (301); *Bonzeias* (14) cum ecclesia et appendiciis suis; apud *Nuseiam siccum* (110) terram et censum; et apud *Chacei* (277) terram et censum; et *Pantinum* (26) cum æcclesia et appendiciis suis; et *Roveredum* (281) cum circumadjacentibus terris; apud *Luvram in Parisiaco* (207), æcclesiam cum atrio; apud *Gornacum castrum* (278), *monasterium Ste Marie* cum omnibus appendiciis suis; Villam *Nuseium* (12) cum o. ap. s. (12); *Mairolas* cum æcclesia et ap. s. (78); decimam de *Attiliaco* (373); villam *Confluentiam* (208) cum æcclesia et ap. s.; apud *Sanctum-Marcellum*, terram quam dedit CLEOPAS monachus (366); apud *Victriacum* (35) villam, domum, torcular, vineas et censum; apud *Villam Judeam* (32), hospites, terram et censum, et molendinum de *Arcoilo* (31); apud *Clamardum* (30), æcclesiam, terram, vineas et censum; apud *Sanctum-Clodoldum*, terram que *Alnetus* (312) dicitur, cum ap. s.; in *monte Savias* (366) et *Monte martirum*, torcularia et vineas.

In *Carnotensi* pago, æcclesiam de *Bonella* (185) cum atrio et hospitibus, et o. ap. s.; *Ursonisvillam* (173), cum æcclesia et ap. s. (173); *Bolovillam* (194) c. ap. s., et *Escun*, et *Placemontem*, et villam *Gouiolum* (114) cum æcclesia et decima; apud *Mundumvillam* (187), hospites et terras; apud *Capellam* (367), hospites et terras;

---

est postérieure à l'érection de cette chapelle, car le curé d'Ecouen agit alors en consultant directement l'évêque de Paris, et il n'est en rien question de l'intervention des moines.

366. La montagne de Belleville, où les rois avaient un domaine dont ils firent part à plusieurs églises (Lebeuf, *Hist. de Paris*, éd. Bournon, I, 465). — Le moine Cléopas de St-Marcel est cité dans les lettres de l'évêque Étienne (nº **174**) comme vassal de Bouchard IV de Montmorency. Sa mémoire est rappelée dans les Diptyques funèbres de St-Martin-des-Champs insérés dans un ms. du XIIe siècle (Bibl. Mazarine).

367. La Chapelle-d'Aunainville, ca. Auneau, ar. Chartres. — Le gourd dans la Seine, à Poissy, fut donné à St-Martin par Louis VI (nº **140**).

Rodenisvillam (39) cum æcclesia et a. s.; apud *Carnotum*, in *burgo Sancti Caralni* (266), hospites et censum; apud villam que *Tabulas* dicitur, censum denariorum, et decimam de *Berceriis* (286); apud *Crisperias* (350), æcclesiam et decimam et hospites; villam *Boult*, *Sanctum Hilarium* (101) cum æcclesia et ap. s.; gordum de *Piciaco* (367); apud *Mededam* (313), de transverso per aquam, de singulis navibus tres obolos, ex dono Gervasii dapiferi et concessione Philippi regis; apud *Miliacum* castrum et *Contiacum* (314), decimum diem in redditu pedagii, partem videlicet prefati Gervasii.

In *Aurelianensi pago*, *Hyemvillam* (22) cum æcclesia et tota parochia de *Putacio* (157), et decimum mercatum cum o. ap. s., et altare de *Novavilla* (22).

In *Senonensi pago* æcclesiam et atrium de *Pringi* (186), et *Vovas* (200); apud *Conam* (172) æcclesiam et atrium cum ap. s.

In *Meldensi pago*, *Anetum* (13) villam cum æcclesia et atrio et ap. s.

In *Suessionensi pago*, villam que *Sancta Gemma* dicitur (181), cum æcclesia et ap. s. et terram de *Monte Aldonis* (368).

In *Laudunensi pago*, *Disiacum* villam (15) et alodium de *Brianna* cum ap. s. (369).

In *Noviomensi pago*, æcclesiam de castro quod *Capi* (76) dicitur, cum ap. s., altare de *Heldicurte* (293) et altare de *Revelone* (293).

In *Ambianensi pago*, æcclesiam de *Ligniaco* cum ap. s. (276); apud *Arenas* (319) castrum, *æcclesiam Bte Marie* cum ap. s.; apud *Ruam* (370), *Vertunum* (370) et *Waben* (85), redditus salis, et aquarias piscium.

In *Tarvanensi pago*, altare de *Fevrentiaco* (371) cum ap. s.

---

368. Monthodon, éc. La Chapelle-Monthodon, ca. Condé-en-Brie, ar. Château-Thierry.

369. Brienne-sur-Aisne, ca. Asfeld, ar. Rethel (Ardennes). — Le prieur Thibaud II céda en 1134 à l'abbaye de St-Hubert-en-Ardenne cette propriété éloignée; aussi les titres de donation ne se retrouvent-ils plus.

370. Rue, ar. Abbeville (Somme). — Verton, ca. Montreuil (Pas-de-Calais).

371. Frévent, ca. Auxi-le-Château, ar. St-Pol (Pas-de-Calais).

In *Belvacensi pago*, apud *Bellum montem* (334), æcclesiam *Sti Leonorii* cum ap. s. et decimam de *Medianacurte*; apud *Nusiacum* (372) terram et censum; apud *Meruacum* (122) villam, altare atrium et decimam cum ap. s., et altare *Sancti Audomari* (314) cum ap. s.; apud *Belvacum*, *æcclesiam Sti Pantaleonis* (296); apud *Montiacum Ste Oportune* (133), æcclesiam ejusdem Sancte, cum ap. s.

In *Silvanectensi pago, monasterium Sti Nicholai de Aciaco* (284) cum ap. s.; in *Sorvillare* (87) æcclesiam, atrium, decimam et hospites.

In *Anglia*, apud *Londoniam* (*a*) terram censualem et hospites, ex dono Radulfi de Tuin et concessione Henrici regis. Apud castrum *Barnastabale*, ecclesiam c. ap. s. Et cetera que predecessorum nostrorum sancte memorie, Urbani pape et Paschalis secundi privilegiis continentur. Quecunque preterea quibuslibet de suo jure eidem loco collata sunt, vel in futurum conferre contigerit, firma semper et illibata permaneant, tam a te quam ab aliis qui per *Cluniacenses abbates* eidem loco prepositi fuerint, possidenda, regenda ac perpetuo disponenda. Decernimus igitur (*suit la formule d'excommunication finale*) — — districte ultioni subjaceat.

(*Rota*). Ego Calixtus, catholice ecclesie episcopus. Bene valete.

Datum apud *Sanctum Dionisium*, per manum Crisogoni, sancte Romane Ecclesie diaconi cardinalis ac bibliothecarii, V kal. decembris, indictione xiii[a], Incarnationis Dominice anno M° C° XVIIII°, pontificatus autem domni Calixti secundi pape anno primo.

A. Original L 224, n° 2. — *B*. Copie de 1209, LL 1351, collat. sur *A*. — *C*. Expédition authentique du 6 juin 1531, d'après *A* « scellé en plomb sur lacs de soye rouge et jaulne », délivrée par deux notaires de Paris à Me Claude Frolo, procureur et venerable et discrette personne M. Jehan Pochard, prebstre, demandeur ». S. 1359, n° 9. — *D*. Copie du

---

372. Noisy-sur-Oise, ca. Luzarches, ar. Pontoise.

(*a*) Les donations faites à St-Martin-des-Champs en Angleterre seront réunies dans un chapitre spécial.

xve s. LL 1352, fol. 2-3, portant cette mention : « collation est faite de ceste presente coppie à la bulle originale, sayne et entière, par nous notaires du Roy au Chastelet de Paris, l'an M. V^c XXXII, le lundy xxviiie jour d'octobre. » *Signé* : Forget et Palanquin. — *E*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 73, n° 110. — *F*. Copie du xiie s., ibid., fol. 44. — *G*. Copie du xvie s., LL 1353, fol. 2. — *H*. Copie du xviie s., coll. Baluze, LIII, 212.

Edit. *a*. *Bullarium Cluniacense*, p. 39. — *b*. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, p. 156. — *c*. Duchesne, *Hist. des cardinaux françois*, t. II, p. 78. — *d*. Bouquet, *Recueil des Historiens de France*, XV, 232. — *e*. Migne, *Patrologia latina*, t. 163, p. 1142. — *f*. Robert de Lasteyrie, *Cartul. gén. de Paris*, t. I, p. 207, n° 184, d'après *A*, *E*, *F*.

Ind. Jaffé-Wattenbach, *Regesta Pontificum Romanorum*, n° 6789 (4964), t. I, p. 790. — Ulysse Robert, *Les actes du pape Calixte II*, Regestes, n° 76. — Bruel, *Chartes de Cluny*, V, 295, n° 3941.

158. — *Louis VI confirme la donation à St-Martin, par Froger et Agnès sa femme, de tous leurs droits sur l'église d'Attichy* (Attilly).

(1er janvier — 2 avril 1120)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Ludovicus, Dei gratia *Francorum rex*, notum fieri volo tam futuris quam et instantibus, quod quicquid Frogerius et Agnes, uxor ejus, monachis *Sancti Martini de Campis* in ecclesia de (*a*) *Atichiaco* (373) dederunt et daturi sunt concedimus et (*b*) auctoritate Majestatis nostre confirmamus. Quod ne valeat oblivione deleri, scripto commendavimus, et ne possit a posteris infringi, sigilli nostri auctoritate (*c*) et nominis nostri karactere subterfirmavimus (*d*).

Actum *Parisius*, anno Incarnati Verbi M° C° XVIIII (*e*), regni nostri xii°, Adelaidis regine vi°. Astantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt et signa. S. Willelmi dapiferi. S. Gisleberti buticularii. S. Hugonis constabularii. S. Widonis camerarii.

---

373. Il s'agit d'Attilly, éc. Férolles, ca. Brie-Comte-Robert, ar. Melun (Seine-et-Marne), et non d'Attichy, ar. Compiègne (Oise). Attilly est cité dans la bulle de Calixte II n° **131**. Voir le n° **159** suivant.

Data per manum STEPHANI cancellarii (374.)

(*a*) *B* Antichiaco. — (*b*) *C* in. — (*c*) *C* actoritate. — (*d*) Ici s'arrête *C*. — (*e*) decimo quarto *D* qui s'arrête ici; de même *E*, *F*.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 78. — *C*. Copie du XII[e] siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 49 (incomplète). — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 26. — *E*. Copie du XV[e] siècle, LL 1352, fol. 20. — Copie du XVI[e] s., LL 1353, fol. 20.

Ind. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 234.

159. — *Diplôme de Louis VI confirmant à St-Martin l'église d'Attilly et la terre de Marolles-en-Brie.*

(Peu avant le 2 avril 1120)

In nomine Domini etc. Ego LUDOVICUS Dei gratia *Francorum rex*. Notum fieri volo cunctis fidelibus tam futuris quam et instantibus, quia quicquid ROGERIUS CATALAUNENSIS (375) et AGNES uxor ejus monachis *Sancti Martini de Campis* in ecclesia de *Attiliaco* (*sic*) dederunt et daturi sunt, concedimus et authoritate Majestatis nostre confirmamus etc. (*sic*) Et quicquid DROCO archidiaconus predictis monachis dedit apud *Marollas*. Actum anno Domini milesimo centesimo decimo nono.

A. Original perdu. (*a*) — *B*. Copie incomplète dans le *Cartulaire de Marolles-en-Brie*, Archives de Seine-et-Oise, A 1110, fol. 2.

(*a*) Y a-t-il eu un véritable original, ou une copie figurée du diplôme donné au début de 1120 (n° **158**) pour Attilly, où une phrase relative à Marolles aurait été interpolée?

---

374. Une charte de St-Martin de Pontoise datée de 1116, 8[e] du règne de Louis VI et première année d'Adélaïde (*Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 56, n° LVIII) montre que le mariage de ces souverains se fit entre Pâques (2 avril) et le 4 août 1115. Ces limites sont plus étroites que celles fixées par Luchaire (1[er] janvier — 4 août 1115). — Le diplôme actuel doit donc être daté « 1[er] janvier — 2 avril 1120 ». En 1120, la fête de Pâques fut solennisée le 18 avril : la date extrême de l'année pascale 1119 fut donc le 17 avril 1120.

375. Cette précision justifie la conjecture de Luchaire, identifiant le donateur avec Froger, surnommé tantôt *Catalaunensis* (notamment en 1112 dans un diplôme pour St-Magloire), tantôt *Cabilocensis*, un des conseillers de Louis VI.

160. — *Confirmation par Gilbert II* (Girbert), *évêque de Paris, des lettres de son prédécesseur Galon au sujet du don de la terre d'Aulnay par Galeran de Villepreux et Robert de Meulan.*

(Notre-Dame de Paris, 18 avril — 3 août 1120)

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Officium est pietatis in omnibus ecclesiarum tranquillitati providere, et ea precipue negocia que ad honorem Dei et Ecclesie pacem videntur esse contracta, perhennibus scriptis contradere ; ut si quid fuerit labenti memorie negligenter subtractum, scribentis officio ad memoriam redeat ex integro reformatum. Et si forte aliquando noverca omnium bonorum turbante Invidia, querela ac controversia ante judicem mota inde fuerit, scripta in medium recitata, ordinem rei et qualitatem negocii veritatis exponat testimonio, ora invidentium perpetuo claudat silentio.

Noverint igitur omnes (376) quod Gualerannus de Villaperor (227) terram illam que vocatur (312) *Alnetum*, quam jure proprietatis possidebat, pro remedio anime sue et antecessorum suorum *monasterio Sti Martini de Campis* cum omnibus ad eam pertinentibus libere possidendam donavit. Et quamvis partem hereditarie possessionis valeat unusquisque, non requisito heredum assensu, juste in elemosinam dare et Ecclesiam Dei heredem facere, tamen voluit ut fratres sui donum ejus concederent et firmarent. Quod et factum est. Guido enim de Puteaco, frater ejus, et Hugo nepos ejus, filius Evrardi de Puteaco (318), plenarium assensum dono illius dederunt, et ut quemadmodum predictus Gualerannus terram illam

---

376. Robert Ier, comte de Meulan, mort le 5 juin 1118 (Depoin, Appendices au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 316). Son obit était célébré à St-Nicaise de Meulan le lendemain 6 juin. (Aug. Longnon, *Obit. de la prov. de Sens*, t. II, préface, p. 30). On y commémorait le jour de ses obsèques, ainsi qu'on le faisait pour son fils Galeran II (Ibid., p. 31).

La donation de Galeran de Villepreux en 1108 (n° **123**) fut suivie d'une confirmation accordée par l'évêque Galon (n° **124**).

libere et potestative possederat, ecclesia Bti Martini de Campis ex integro possederet, concesserunt. Sed quoniam donum illud nulla staret ratione, nulla maneret stabilitate, nisi principaliter pontificali firmaretur auctoritate, — terram enim illam Robertus *comes de Mellento* (376) de feodo episcopali habebat, — necessarie requisita est, in domo Gualeranni, voluntas et assensus episcopi. Bone igitur memorie episcopus, donnus scilicet Galo antecessor noster, concordi canonicorum suorum assensu, Roberto etiam *comite de Mellento* diligenter annuente (373), qui fundum terre illius specialiter de feodo habebat episcopi, salvis quidem et retentis consuetudinibus quas *Parisiensis episcopus*, tempore predicti Gualeranni, in terram illam obtinuerat, predictam possessionem, *Alnetum* scilicet, cum suis appendiciis, *monasterio Sti Martini de Campis* potestative habendam concessit, salvo igitur in omnibus, ut dictum est, jure et consuetudine *Parisiensis episcopi*. Determinatum enim fuit ut neque hospites episcopi, neque hospitum res, contra voluntatem ipsius et successorum ejus, in predictam terram reciperentur. Fuit etiam illud in pacto publice diffinito ut quandocumque prenominatus episcopus vel quilibet successor ejus, ecclesie Sti Martini centum libras denariorum daret, medietatem tocius terre que *Alnetum* vocatur et omnium ad eam pertinentium, sicut Gualerannus tenuerat, episcopalis potestas ex integro teneret, et census et ceteri redditus tam episcopo quam monachis communiter solverentur, et equaliter dividerentur, ut scilicet hoc pacto terra feodalis a jure episcopi nequaquam alienata videretur, et pax inter utramque ecclesiam firmius et diligencius haberetur.

Ego igitur Girbertus, Dei misericordia, *ecclesie Parisiensis episcopus*, ammonitione et consilio cleri nostri, prescriptam pecunie quantitatem supradicto dedi monasterio, et medietatem terre, ut dictum est, toto monasterii conventu libenter annuente, in jus nostre proprietatis recepimus ; ita scilicet ut, servata conditione pacti, sicut suprascriptum est, et census et redditus et quilibet pecunie questus, in commune redigantur, et ex equo dividantur ; neque episcopus absque priore *Sti Martini de Campis*, neque ille absque assensu predicti episcopi vel talliam, vel aliquam peccunie

questum a predicta terra recipiat. Sciendum vero quod canonici nostri, tam persone quam ceteri, nobis et successoribus nostris illud omnino concesserunt, ut si aliquando placeat nobis vel alicui de successoribus nostris medietatem nostram *monasterio Sti Martini de Campis* contradere, liceat nobis, non requisito amplius capituli nostri assensu, donum illud, quando et quomodo voluerimus, perficere, et exclusa omni contradicendi licencia, firmum et inconcussum maneat per omnia.

His igitur ita determinatis, plane et absolute diffinitum est ut terram prenominatam ego et quilibet successor noster, Parisiensis episcopus, perpetuo habendi licenciam et retinendi potestatem habeamus.

Notandum vero quod suprascriptam terre istius medietatem nostram, vel ejusdem medietatis redditus nulli persone, nulli ecclesie, nulli monasterio, ego aut quilibet successor noster dare vel vendere, aût aliquomodo a manu nostra emancipare valeamus, nisi *monachis Sti Martini de Campis*, aut *capitulo Ste Marie* matris ecclesie Parisiensis ; capitulo tamen hoc conditione quod si terram illam a manu episcopi habeat, quinquaginta libras *Pruvinensis* monete monasterio Sti Martini de Campis persolvat. Ut autem licencia ista et concessio supradicta perpetue firmitatis vigorem obtineant, presentem cartam inde fieri precepimus, et in testimonio veritatis sigillo nostro, sigillo capituli nostri, sigillo etiam Sti Martini illam muniri voluimus.

† S. Girberti episcopi. S. Berneri decani. S. Ade precentoris. S. Stephani archidiaconi. S. Henrici archidiaconi. S. Renaldi archidiaconi. S. Durandi. S. Landonis. S. Alexandri, presbiterorum. S. Roberti. S. Tedbaldi. S. Willelmi, levitarum. S. Alberti. S. Drogonis. S. Petri subdiaconorum.

Actum publice in capitulo Ste Marie, matris ecclesie Parisiensis, anno ab Incarnatione Dni M° C° XX°, indictione xiii^{a}, epacta nulla, concurrente iiii° cum bissexto, regnante rege Ludovico anno xii°, anno episcopatus Girberti v°.

Tedbaldus cancellarius scripsit.

A. Original LL 875, n° 2 (détérioré). — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 71, n° 108. — *C*. Copie du XIIe s., *Liber Testamentorum*, fol. 50, n° 112 (incomplète des souscriptions). — D. Copie de 1209, LL 1351, fol. 38', coll. et complétée d'après *A*, où pendaient autrefois trois sceaux sur fils de chanvre, dont il restait le sceau de l'évêque, très fruste, et celui du prieur, avec la légende : SIGILLUM SANCTI MARTINI DE CAMPIS. — *E*. Copie du XIIIe s., *Chartularium episcopi Parisiensis*, ms. lat. 5526, fol. 27-28, d'après *B*. — *F*. Copie du XIVe siècle, LL 8, fol. 66. — *G*. Copie de 1418, LL 1358, fol. 33'. — *H*. Copie du XVe siècle, LL 871, très fautive. — *I*. Copie du XVe siècle, LL 1352, fol. 38'. — *J*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 39.

161. — *Adèle, comtesse douairière de Vermandois, et son fils, Raoul de Péronne, concèdent à St-Martin-des-Champs l'église de Largny-en-Valois avec sa dotation en terres, serfs et serves, revenus, four et moulin, restitués à l'Église par le chevalier Berneret et sa femme Avoie de Largny ; l'évêque diocésain, Lisiard de Soissons, en investit Mathieu, prieur de St-Martin-des-Champs.*

(Roye, 18 avril — 18 novembre 1120)

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus sancti. Amen.

Ego ADELA, *Virmandorum comitissa*, tam presentium quam posterorum instruere procuravi noticiam, qualiter ego et filius meus, RADULFUS DE PERONA, altare et totam ecclesiam que est *Lerniaci* (377) cum omnibus que ad ea pertinent, *monasterio Sti Martini de Campis* concessimus. Quod quidem ita actum est : Miles quidam, BERNEREDUS nomine, ex parte sue uxoris HELVIDIS, ipse quidem cum uxore sua, altare et totam prefatam ecclesiam et omnia que juris ipsius ecclesie sunt, videlicet terram arabilem et hospites, et oblationes, et decimas, et servos et ancillas, preterea furnum et molendinum, cum vivario, a nobis in feodum habere solebat. Vir autem iste et mulier ejus, saluti animarum suarum consultu iri studientes, et anime filii sui LANDRICI defuncti salutiferum suffragium conqui-

377. Largny, ca. Villers-Cotterets, arr. Soissons (Aisne).

rere cupientes, totum prefatum beneficium monasterio Sti Martini de Campis, quantum in eis erat, concesserunt, et ut idipsum nos quoque concederemus, humiliter imploraverunt. Nos igitur in devotione et caritate eorum participare cupientes, petitioni eorum libenter annuimus, et totam prefatam ecclesiam, et ipsius ecclesie terram arabilem, et oblationes et decimas, et hospites, et servos, et ancillas, furnum quoque et molendinum cum vivario, imo quicquid *Lerniaci* a nobis in feodo predictus Bernneredus et uxor ejus habere solebant, *monasterio Sti Martini de Campis* concessimus, et de manu nostra libere et absolute omnino exponentes, per manum venerabilis viri Lysiardi, *Suessionensis episcopi* (343), in jus et perhennem possessionem Bti Martini, in manu domni Mathei prioris transfundimus, et presentis pagine conscriptione et testificatione, ut ratum et inconvulsum maneat, corroboravimus.

Actum *Roie* (378), anno ab Incarnatione Domini M CXX (379), in *Francia* regnante Ludovico, *Remis* presidente in archiepiscopatu Radulfo, *Suessionis* episcopante Lysiardo. Testes affuerunt : domnus Matheus, *prior de Campis* ; domnus Rotbertus, *prior Ste Mar-*

---

378. Roye, arr. Montdidier (Somme). — Pierre Ier, châtelain de Roye, est cité dans une charte de 1103 émanant d'Adèle ou Ade, veuve de Hugues le Grand : « Testibus.. Petro Roiensi castellano » (Coll. Moreau, XLI, 99). — Guerri Ier souscrit une charte de 1112, à Roye : « Werricus castellanus » (Ms. l. 17142, fol. 310) ; en 1114 il figure dans deux actes d'Adèle, parmi les « magnates » de sa cour ; ici c'est « Wenricus castellanus », là « Wenricus de Roia » (Chan. Morel, *Cartulaire de St-Corneille de Compiègne*, n° 35, t. I, p. 72). Pierre II, cité dès 1120 dans la présente notice, se retrouve en 1146 (Cartul. de Prémontré, fol. 91, copie dans Duchesne, LXXVII, 123). — Guerri II, mari d'Odote, est cité en 1151 avec son fils Pierre III.

379. Cet acte démontre que la comtesse Adèle de Vermandois, veuve de Hugues le Grand, n'a nullement fini ses jours en 1118, comme le porte l'*Art de vérifier les dates* (t. II, p. 706). — Après la mort de Hugues le Grand (à Tarse, le 18 octobre 1101), Adèle, sa veuve, héritière du Vermandois par son père et du Valois par sa mère, se remaria à Renaud II de Mouchy, comte de Clermont. Tous deux confièrent l'abbaye de Bucilly à l'évêque Barthélemi de Laon, afin qu'il l'unît à St-Martin-des-Champs; mais il n'en fut rien, et Bucilly devint une abbaye de Prémontrés. Cette congrégation obtint aussi le Vivier, qu'avait donné le châtelain de la Ferté à St-Martin, et qui fut le berceau de l'abbaye de Valsery. Les pièces relatives à ces deux affaires sont insérées plus loin dans un chapitre consacré aux *Donations à St-Martin restées sans effet sous le règne de Louis VI.*

garete (357), Goduinus monacus, Odo de Calmonte monacus ; Radulfus, *Roiensis* ecclesie edilis ; Petrus *miles Roiensis* (378).

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 87'. *Édit*. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 528.

162. — *Louis VI confirme la donation à St-Martin, par Gui le Rouge et sa femme Aélis, de l'église Notre-Dame et St-Jean à Gournay-sur-Marne, ainsi que les libéralités faites au prieuré établi à Gournay, notamment les églises de Roissy, Noisiel, Essonnes, des dîmes, des terres et des bois offerts par Gui le Rouge, le sénéchal Anseau de Garlande, Baudoin de Clacy, Aubert de Montfermeil, Arnoul de Cocherel, Payen II (Arnoul) de Montjay.*

(Paris, 1er janvier *ou* 26 mars 1122 — 2 avril/4 août 1122)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Ludovicus, Dei dispensante misericordia, in regnum Francorum sublimatus, notum fieri volo cunctis fidelibus tam futuris quam et instantibus, quod ecclesiam sancte Dei genitricis Marie sanctique Johannis Evangeliste, super *Maternam* fluvium juxta *Gornaium castrum* (278) sitam, Guido Rubeus (74) et uxor ejus Adelaida pari ab ipso fundamento devotione construxerunt. Cum multa illi contulissent beneficia, eam, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, monachis *Sti Martini de Campis* perpetuo habendam concesserunt. Ut autem eorum dona que predicte ecclesie dederunt, ab aliorum beneficiis distinguamus, eadem dona nominatim subscribi precepimus. Primum eorum donum monachis *Sancti Martini de Campis*, ut dictum est, collatum, hoc est : prefata ecclesia cum suis clausuris et cum omni circumadjacente ambitu, capella de *Gornaio*, terra de *Luabum* (380),

380. *Luabum* était, d'après Lebeuf (*Hist. de la ville et de tout le diocèse de Paris*, édit. Bournon, II, 535), « de la paroisse du Pin, à une lieue de Chelles, parce que les seigneurs de cette paroisse avoient là une dîme (*decima de Luabium*) dont Jean et Maurice de Pomponne gratifièrent le prieuré de Pomponne sous Louis VII, ce qui fut approuvé par l'évêque de Paris en 1177 ». M. Henri Stein (*Bulletin de la Soc. de l'Hist. de Paris et de l'Ile-de-France*, 38e année, 4e livr., 1911, p. 223) cite un acte de 1397 relatif à Gournay-sur-Marne où les moines citent « nostre hos-

molendinum apud *Gornaium*, apud *Rusiacum* (141) ecclesia cum atrio et tercia parte ejusdem ville. Hec sunt specialiter WIDONIS et uxoris sue ADELAIDE dona, predictis monachis ab eisdem collata.

Cunctis preterea innotescere volumus, quod ANSELLUS DE GARLANDA, dapifer noster, supradicto monasterio tribuit apud *Rusiacum* duas ejusdem ville partes, et sic totam omnino villam concessit monachis, excepto nemore, et ipsum nemus eisdem et monachis et eorum hospitibus, ad ardendum et hospitandum et ad proprie necessitatis usuario. *Nusiellum* (137) quoque, ecclesiam scilicet et quicquid ad illam pertinet, cum hospitibus, terris, pratis, vineis, cum nemore et molendino sicut monachi ea possident, illis donavit; decimam insuper de *Bercorellis* et duas partes decime de *Bercheriis* (140); terciam quoque partem BALDUINUS DE CLACIACO (277) monachis dedit, assensu ANSELLI dapiferi nostri. Totam quoque decimam de *Pontelz* (140), et apud *Torciacum* (139) medietatem decime que dicitur Sancti Martini, et ecclesiam *Essonie* (381) cum atrio et decima, ANSELLUS eidem monasterio contulit. Hospites vero in eodem atrio commanentes, STEPHANUS frater ejusdem ANSELLI eidem monasterio concessit. Apud *Canoilum* (152) quoque, quicquid proprietatis habebat ALBERTUS DE BRI, ecclesiam scilicet cum decima, prata et terram et nemus, monachis prefati monasterii concessit, ipso Ansello annuente ex cujus feodo habebat. His et aliis beneficiis bone memorie ANSELLUS prefatum dotavit monasterium et Xristum heredem fecit, fratribus suis STEPHANO, WILLELMO et GISLEBERTO concedentibus. In vodo (381) quod est inter *Gornaivm* et *Scalam* (280), prefati monachi xv^cim^ arpenta pratorum habent, v^que^ de dono nostro, vii^tem^ de dono ALBERICI DE MONTEFIRMO (382), et tria de aliorum fidelium beneficio.

---

tel et granche de *Liaubon*, assise ou terrouer et finage d'illec » (A. N. S 1417 B) un acte de 1523 place « le terrouer de *Leaubon* entre le villaige du Pin e Chesles-sainte-Baulteur ».

381. Essonnes, ca. Corbeil. — Sur l'histoire religieuse de cette paroisse, cf. Depoin, *Notre-Dame des Champs, prieuré dyonisien* d'Essonnes (tir. à part du *Bulletin de la Soc. historique de Corbeil*). — *Vodum*, fossa (Ducange, *Glossarium mediæ et infimæ latinitatis*).

382. Montfermeil, ca. Le Raincy, ar. Pontoise.

Nos autem hec omnia predicta dona, Widonis videlicet Rubei et uxoris sue, et Anselli dapiferi nostri, et Stephani fratris sui, et Balduini de Claciaco, et Alberici de Montefirmo et volumus et approbamus, et quantum ad nostram pertinet Majestatem, in perpetuum omnino confirmamus. Terram quoque et nemus de *Campo Mussoso* que Arnulfus de Corquerellis (383), annuente Pagano de Monteguaio (241), predictis monachis dedit, nos eidem ecclesie confirmamus. Eidem ecclesie confirmamus terram et nemus quod dicitur Raimundi.

Actum *Parisius* publice, anno Incarnati Verbi M° C° XX° II°, regni nostri x° III°, Adelaidis regine septimo. S. Stephani dapiferi. S. Gisleberti buticularii. S. Hugonis constabularii. S. Alberici camerarii. Data per manum Stephani cancellarii (384).

A. Original dépourvu de monogramme et de sceau. K 22, n° 1⁴, ancien S 1417, n° 109. — *B*. Copie de 1223, LL 1397, fol. 10. — *C*. Copie du XVIe s., LL 1398, fol. 3-4. — *D*. Copie du XVIIe s., Coll. Baluze, LV, 224.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, p. 279. — *b*. Tardif, *Monuments historiques*, n° 383.

Ind. Bréquigny, *Table des diplômes*, I, 308 (avec la date erronée 1124); Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 319, p. 148.

162 *bis*. — *Passage à St-Martin-des-Champs du rouleau mortuaire du B. Vital, abbé de Savigny.*

(Peu après le 11 septembre 1122)

3. — Titulus Sancti Martini de Campis.

Omnipotens pius et misericors Deus animam venerandi patris

383. Cocherel, ca. Lizy-sur-Ourcq, ar. Meaux. — *Campus mussosus* serait-il Chamoust, éc. Sainte-Aulde, ca. La Ferté-sous-Jouarre, ar. Meaux ?

384. D'après les lettres de l'évêque de Paris (n° **166** *infrà*), le roi confirma les libéralités d'Anseau. Mais le document *A*, s'il est contemporain, est-il une pièce authentique ? Son examen laisse des doutes à cet égard. Il est bizarre que la chancellerie ait désigné le comte Gui de Rochefort, ancien grand-officier de la couronne, par un surnom populaire. La rédaction est calquée sur celle de la charte épiscopale qui, elle, ne soulève pas de critique protocolaire. La date de

vestri donni N. aliorumque fratrum vestrorum dignetur absolvere ab omni vinculo delictorum, eisque donare dignetur vitam et requiem sempiternam in sorte electorum et requie beatorum. Amen. Sicut ergo nos pro illis orare studuimus, ita et vos pro nostris orare non differatis. Orate pro domno Urso priore, et pro domno Tetbaldo priore, et pro domno Drogone archidiacono, et pro omnibus aliis quorum nomina Deus novit in sapientia sua æternitatis.

A. Orig. Arch. Nat., Armoire de fer.
Édit. L. Delisle, *Les Rouleaux des Morts*, p. 300.

163. — *Gilbert II (Girbert), évêque de Paris, confirme les libéralités d'Ansoud le Riche et Reitrude, sa femme, à St-Denis de la Châtre, provenant de démembrements du fief épiscopal qu'Ansoud tenai à Marcoussis et Nozay.*

(Paris, 26 mars-31 décembre 1122)

Pastoralis providentie est pio affectu ac studiosa sollicitudin omnibus invigilare, maxime autem, juxta Apostolum, domestico fidei beneficiis et munificentia ampliare, et ampliatos diligenti cur protegere, ac contra malignorum versutias premunire. Ego igitu Girbertus (*a*), Dei misericordia *Parisiensis ecclesie* humilis *episco pus*, notificare curavi tam posteris quam presentibus, quod quidar miles, Ansoldus nomine (6), et uxor ejus Retrudis, pro antecesso rum suorum, necnon et animarum suarum remedio, prout accep mus, *ecclesiam Beati Dionisii de Carcere* suis opibus fundaverun et clericos qui ibidem Deo militarent devote statuerunt, plurimi que beneficiis in sustentationem et in usum predictorum clerico rum eandem ecclesiam liberaliter dotaverunt; interque supradic (*b*) munificentie dona idem Ansoldus et uxor ejus Retrudis ded runt prefate *ecclesie B. Dionisii de Carcere*, jure perpetuo ad poss

---

cette pièce doit être la 14e année de Louis, se terminant le 4 août 1122; 7e année d'Adélaïde se termine à une date comprise entre le 2 avril et le 4 ao 1122.

lendum, de episcopali feodo (385) unum videlicet arpennum terre :um omnibus ejusdem arpenni consuetudinibus, apud villam que licitur *Marescalceis* (386), et totam decimam culturarum duarum 'illarum, quarum villarum altera *Marescalceis* (100), altera vocatur *Voereiz* (386), quicumque eas culturas excolat sive possideat. Et ıoc totum predicta ecclesia, prout accepimus, plurimis ac pene nnumeris annis quiete ac justa tranquillitate usque hodie possedit, t Deo opitulante possidet. Nos vero a quibus charitatis flagrantia n alios debet redundare, et ad quos precipue pertinet tam in se ɔene agere, quam aliorum benefacta et dicta sustentare et affirmare, ssensu domni Henrici archidiaconi et totius capituli nostri, et ɔrecibus domni Roberti *decani* et canonicorum prefate *ecclesie* *Sancti Dionisii,* totum quod de episcopali feodo (385) predictus ᴀnsoldus et uxor ejus Retrudis predicte ecclesie contulerunt et icut ejusdem ecclesie canonici, ut determinatum, quiete et tran-quille possederunt, confirmamus et eidem ecclesie *S. Dionisii de* *Carcere* perpetuo jure obtinendum et possidendum in gratia et haritate Dei concedimus. Et ne hoc aliqua posterorum calumnia ɔossit infirmari, sigilli nostri impressione, et canonicorum nostro-um signis decrevimus sic fulciri.

Signum Girberti (*c*) episcopi. S. Berneri decani. S. Ade precen-ɔris. S. Stephani archidiaconi. S. Henrici archidiaconi. S. Theo-aldi archidiaconi. S. Landonis sacerdotis. S. Theoderici sacerdotis. . Philippi sacerdotis. S. Frederici diaconi. S. Guilielmi diaconi. . Guinerani diaconi. S. Hugonis subdiaconi. S. Petri subdiaconi.

---

385. Cette charte est d'un intérêt considérable pour l'histoire de la famille Le iche. Elle attribue nettement au couple Ansoud-Reitrude la *fondation* de l'église t-Denis de la Châtre, et la dotation de la collégiale à l'aide de biens dépendant n fief de l'évêché de Paris. Parmi ces biens Marcoussis et Nozay se retrouvent ıx mains des Le Riche issus de Lisiard, fils d'Ansoud III (cf. note 100). Leur ıttachement au couple Ansoud-Reitrude est donc démontré, non seulement ır l'indice onomastique (relèvement du nom) mais par l'indice héréditaire ransmission des domaines inféodés). — Voir nᵒˢ 4 et 5 ci-dessus deux autres béralités d'Ansoud et Reitrude en faveur de St-Denis de la Châtre.

386. Marcoussis, ca. Limours, ar. Rambouillet. — Nozay, ca. Palaiseau, ar. ersailles.

S. Alberti subdiaconi. S. Anselli pueri. S. Andree pueri. S. Manasse pueri.

Actum publice *Parisius* in capitulo Beate Marie, anno Dominice Incarnationis M.C.XXII, concurrentibus VI, epacta XI, indictione XV, episcopatu GIRBERTI (*c*) anno VI. THEOBALDUS cancellarius subscripsit.

(*a*) Gilbertus *B*. — (*b*) Inter quæ supradicta *B*. — (*c*) Gilberti *B*.

A. Original L 532[2]. — *B*. Copie du XVII[e] s., *Cartulaire de St-Denis de la Châtre*, LL 1397, fol. 8-9.

Édit. a. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, p. 311-313 — *b*. Robert de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, n° 195, t. I, p. 216

164. — *Bouchard, évêque de Meaux, donne l'église du Vieux-Crécy à St-Martin, du consentement d'Étienne, fils de Réri, et du comte Thibaud IV, en présence d'André de Baudement.*

(1122)

Tocius conditor Dominus creature, dolens, antiqui fraude serpentis, genus humanum perire, suum ad nos Filium dignatus est mittere, Eum, sua miseratione monente, qui naturam liberare humanam ab eterna dampnatione, cui Ecclesiam, uti sponsam placuit sociare, et sic eam in toto mundo per fideles suos sublimare. Quapropter ego BURCHARDUS, Dei gratia, *Meldensis ecclesie* humilis minister, dedi, in perpetuum possidendam, ecclesiam de *Veteri Creceio* (388) cum atrio omnibusque suis appendiciis *ecclesie Beati Martini de Campis*, Stephano, Rorici filio, concedente ea omnia que jure hereditario ibidem obtinere solebat, TEOBALDO comite (317) presente domno ANDREA DE BAUDIMENTO (321), laudante ea que ad eum pertinebant. Si quis autem, quod absit, hoc nostrum donum

388. Crécy-en-Brie, ar. Meaux. L'église était dédiée à St-Martin (Marrier, *Monasterii S. Martini de C. historia*, p. 376.) La concession de Thibaud IV porte sur des droits dépendant de la vicomté de Meaux, auxquels renonce un petit-fils homonyme d'Etienne, vicomte du 1081 et 1100 (Cf. p. 44 et note 52).

inmutare temptaverit, gladio Spiritus sancti eum percutimus, donec malitiam suam digna satisfactione correxerit. Hujus carte monumentum adprobant isti subscripti qui etiam interfuerunt : Galerannus archidiaconus (*a*), Manasses archidiaconus, Stephanus prepositus, Petrus clericus, Hugo de Miniaco, Stephanus conversus, per cujus manum cartula hec data est. Anno ab Incarnatione Domini M° C XXII (*b*), anno Ludovici regis xvii (*c*), anno pontificatus Burchardi iii°.

(*a*) *C D E F*. Galerannus arch. cum aliis. — (*b*) M° CXXV *E*; *C D E F* omettent la fin. — (*c*) Marrier a corrigé xv.

A. Orig. perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 90. — *C*. Copie du xiie siècle, ibid., fol. 58, n° 126, incomplète. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 59, non coll. — *E*. Copie du xve siècle, LL 1352, fol. 59'. — *F*. Copie du xvie s., LL 1353, fol. 63.
Édit. a. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, p. 375. — *b*. Toussaint du Plessis, *Histoire de l'église de Meaux*, t. II, Pièces justificatives, p. 23, n° xxxv.

165. — *Lettres de l'évêque Gilbert II (Girbert), confirmant la fondation et la dotation du prieuré de Gournay-sur-Marne.*

(Paris, 1er janvier — 15 avril 1123)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Quoniam beneficia a Domino collata et impensa sunt vota fidelium et patrimonia sunt pauperum, summa nitendum est cura, summo laborandum est studio, ne valeant aut malivolentia distrahi, aut negligentia minui; sed, perpetuo stabilitatis munimine roborata, et subsidia sint viventium, et suffragia morientium. Ego igitur Girbertus, Dei misericordia *Parisiorum episcopus*, pro injuncto nobis officio ecclesiam Dei et pauperes Christi sustentare habens et defensare, ecclesia Sancte Dei genitricis Marie Sanctique Johannis evangeliste, supra Maternam fluvium, juxta *Gornayum castrum* sita, quibus fuerit fundatoribus constructa, quorumve donariis et auxiliis fuerit ampliata, presentibus scriptis annotare disposui, ut vivente memo-

ria possessio ecclesiastica nulla valeat perturbatione mutari, aut immutatione perturbari.

Guido igitur, cognomine Rubeus, et ejus uxor Adelaida, pari voto, communi devotionis animo, predictam ecclesiam ab ipsis etiam fumdamentis construxerunt, multa illic beneficia contulerunt, eamque cum omnibus ad eam pertinentibus (*a*), glorioso Ludovico rege annuente, monachis *Sancti Martini de Campis* perpetuo habendam concesserunt. Villas vero et beneficia ab eis eidem monasterio collata subscribere decrevimus, ut eorum dona ab aliorum beneficiis distingueremus : Primum ergo donum est prefata ecclesia cum suis clausuris et toto circumadjacente ambitu. Capella de *Gornaio*. Terra de *Luabum* (380). Molendinum apud *Gornaium*. Apud *Russiacum* (141) ecclesia cum atrio et tercia parte ville. Ista sunt specialiter Guidonis et ejus uxoris donaria, præfato monasterio contradita, et regali auctoritate firmata.

Ansellus vero de Garlanda, dapifer Regis, de proprietate sua eidem monasterio donavit apud *Russiacum* (141) duas partes ejusdem ville; sic totam omnino villam monachis concessit, excepto nemore; et ipsum nemus monachis et hospitibus eorum, ad ardendum et hospitandum, et ad clausuram messium suarum. *Nusiellum* (137) quoque, ecclesiam scilicet et quicquid ad illam pertinet, cum hospitibus, terris, pratis, vineis, cum nemore et molendino sicut monachi ea tenent. Decimam de *Berchorellis* et duas partes decime de *Bercheriis* (140). Tertiam vero partem cum atrio Balduinus de Claciaco dedit, assensu domni Anselli. Totam quoque decimam de *Pontelz* (140) et apud *Torciacum* (139) medietatem decime que dicitur Sancti Martini, et ecclesiam *Essonie* (381) cum atrio et decima Ansellus eidem monasterio contulit. Hospites vero in eodem atrio commanentes domnus Stephanus, frater ejusdem Anselli, eidem monasterio concessit. Apud *Canoilum* (152) quoque, quicquid ibi proprietatis habebat Albertus de Bri, ecclesiam scilicet cum decima, prata et terram, et nemus monachis prefati monasterii concessit, ipso Ansello annuente, ex cujus feodo habebat. His et aliis beneficiis bone memorie Ansellus prefatum monasterium locupletavit et Christum heredem fecit, assensu fratrum suo-

rum, domni scilicet STEPHANI, GUILLELMI quoque et GISLEBERTI, piissimo etiam rege Francorum LUDOVICO gratanter annuente et omnia confirmante.

Quoniam ergo, juxta canonum decreta, ecclesiarum bona sub tuitione et potestate sunt episcopali, nos qui ecclesie Dei habemus et preesse et prodesse, presentem cartam, fidelium dona exponentem, assensu archidiaconorum nostrorum, STEPHANI scilicet, HENRICI et THEOBALDI, communi etiam totius capituli nostri assensu confirmante, et sigillo nostro munire, et signis canonicorum nostrorum signare decrevimus.

Signum BERNERII decani. S. STEPHANI archidiaconi. S. HENRICI archidiaconi. S. THEOBALDI archidiaconi. S. ADAM precentoris. S. ROBERTI succentoris. S. Theoderici presbiteri. S. Landonis presbiteri. S. Wilelmi diaconi. S. Rainaldi diaconi. S. Alberici subdiaconi. S. Simonis canonici. S. Algrini canonici. S. Alberti canonici. S. HENRICI LOTORINGENSIS (75).

Actum publice *Parisius* in capitulo Sancte Marie, anno Incarnationis Domini M° C° XX° II°, regni LUDOVICI regis anno XIII°, episcopatus autem nostri anno VI° (*b*), indictione I, epacta XXII (*c*), concurrente VI.

Ego THEOBADUS cancellarius legi et subscripsi.

(*a*) Cum omnibus suis pertinenciis *C.* — (*b*) anno V° *C.* — (*c*) epacta XXXI *C.* L'épacte 22 commence au 1er janvier 1123. Le concurrent appartient à 1122 (année pascale, se terminant le 15 avril 1123).

A. Original K 22, n° 15. — *B.* Copie de 1223, *Cartulaire* A *de Gournay*, LL 1397, fol. 14, collationnée sur *A* : « Visa et collata fuit presens carta ad suum autographum, cui sub filis sericeis adpendet sigillum pene diruptum, linteolo inclusum ». — *C.* Copie du XVIe s., *Cartulaire* B *de Gournay*, LL 1398, fol. 1-2.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, pp. 281-283, d'après *A.* — *Ind.* Tardif, *Monuments historiques*, n° 384.

166. — *Gilbert II (Girbert), évêque de Paris, approuve la restitution à l'Église des dîmes d'Attilly par Milon, seigneur du lieu, qui se fit*

moine à St-Martin-des-Champs. Adhésion de Gilbert de Montjay et de Thibaud de Villiers, archidiacre de Brie.

(Paris, 1er janvier — 15 avril 1123)

† In nomine sancte et individue Trinitatis.

Convenit prelatis Ecclesie, quippe qui ad hoc preeminere videntur velut exaltata Providencie spicula, creditum sibi gregem Dominicum a malorum incursibus sancta calliditate premunire, et filiis pacis pacem inviolabilem, multum quidem in presenti, sed magis in posterum providere. Ego igitur GIRBERTUS, *Parisiorum episcopus*, ecclesiastica volens, ut justum est, a laicali possessione, si tamen possessio dici potest, emancipare, et Deo reddere que Dei sunt, decimam de *Atilleio* (373), quam scilicet MILO, ejusdem dominus ville, assensu conjugis, filiorum quoque et filiarum et heredum suorum, *monasterio Sti Martini de Campis*, factus ibidem monachus, reliquerat, Ego, inquam, libenter eidem monasterio perpetuo possidendam concessi, ut quod secularis persona eatenus, reclamante justicia, tenuerat, volente eadem justicia, ecclesia Dei tanquam jus proprium recognoscat. Hoc autem feodum ab episcopali jure dirivatum, TEOBALDUS archidiaconus, a Teobaldo GISLEBERTUS DE MONTEGAIO, a Gisleberto predictus MILO tenuerat ; qui et ipsi hanc, utpote justam, gratanter laudaverunt concessionem. Sed quoniam res geste, oblivionis incursu, humane cito subtrahuntur memorie, non incongruum fuit istud, ad testimonium veritatis, litterarum apicibus commendare, et cartam ista continentem, assensu Teobaldi archidiaconi, pontificalis auctoritatis sigillo roborare, toto etiam capitulo nostro assentiente et collaudante.

Signum BERNERI decani. S. STEPHANI archidiaconi. S. HANRICI archidiaconi. S. TEOBALDI archidiaconi. S. ADAM cantoris. S. ROBERTI succentoris. S. Teoderici presbiteri. S. Huberti presbiteri. S. Guillelmi diaconi. S. Rainaldi diaconi. S. Algrini canonici. S. Simonis. S. Hanrici Lotoringensis (75).

Actum publice *Parisius* in capitulo Ste Marie, anno Incarnationis Domini M. C°. XX°. II°, regnante rege Ludovico anno XIIII, episcopatus nostri anno VI, indictione I, epacta XXII, concurrente VI.

Ego Teobaldus cancellarius legi et subscripsi (388).

A. Original L 875, n° 28. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 68. — *C*. Copie du XIIe siècle, ibid., fol. 54', n° 116 (sans notes chronologiques). — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 39', collationnée. — *E*. Copie du XVe s., LL 1352, fol. 59'. — *F*. Copie du XVIe s., Arch. de S.-et-O. *Cartulaire de Marolles*, A 1110, fol. 1 (très incomplète). — *F*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 40. — *G*. Copie du XVIIIe s., ms. fr. 15504, fol. 55.

167. — *Girbert (Gilbert II), évêque de Paris, à l'occasion d'un différend entre Mathieu, prieur de St-Martin-des-Champs, et Dreux de Clacy, à qui les moines voulaient imposer des coutumes de servage, jugeant par coutumace, excommunie ce dernier en vertu de lettres du pape Calixte II. A la fin Dreux reconnaît qu'ayant bâti une maison en terre servile, il s'est mis sous le coup de la réclamation des moines, mais à la prière d'Etienne de Garlande, archidiacre de Paris et sénéchal du roi, le prieur le dispense personnellement des coutumes exigibles.*

(Paris, 1er janvier — 15 avril 1123)

Girbertus, Dei gratia, *Parisiorum episcopus*, omnibus Xristi fidelibus.

Placuit episcopali providentie ad honorem Dei et ecclesie pacem, causam et controversiam inter donnum Matheum, priorem *Sti Martini*, et Drogonem de Claciaco diu agitatam atque ventilatam, sed tandem, Deo miserante, cum pace terminatam, stilo veritatis annotare, et seriem actionis presenti karte inserere, ut scilicet res bene gesta non valeat aut oblivione deleri, aut invidia retractari ; sed, si forte opus fuerit, et aliqua in posterum calumpnia emerserit, karta litis peremptoria in medium recitetur ejusque testimonio tanquam inexpugnabile defensionis clipeo, jus ecclesiasticum contra omnem calumpniam roboretur.

Die igitur statuta ac denominata, convenientibus ante presentiam nostram tam priore de Sto Martino quam Drogone de Claciaco, conquestus est miserabiliter idem prior de Drogone qui eum et totum

monasterii conventum et urgebat obprobriis, et affligebat injuriis, et consuetudines quasdam quas eis debebat, reddere non volebat.

Fuerat enim hospes quidam apud *Nusiacum*, villam Sti Martini, qui de domo et pro domo quam in atrio possidebat, preter annuos redditus ex debita consuetudine, monachis reddebat et calcitram in lecto et furcam in prato, et ad recipiendam annonam saccum, et de vino venali foraticum et rotaticum, et multa alia, sicut et ceteri hospites in eodem atrio commanentes. In eadem vero domus area, in eodem prorsus loco Drogo domum suam construxerat, predictasque consuetudines vice hospitis inde reddere debebat, sed reddere neglexebat et iccirco ipse prior a nobis exigebat quatenus eum, dictante justicia, ad ea reddenda cogeremus, et de tanta eum negligentia ad satisfaciendum compelleremus. Facta igitur in hunc modum querela prioris, respondit Drogo quod nec Prior ista debebat exigere, nec ipse exsolvere, quoniam antecessores sui plures in eodem atrio domos possederant, predictasque consuetudines nullatenus inde reddiderant, temporibusque canonicorum et monachorum Sti Martini in hac libertate permanserant; et ad eorum similitudinem domum de quo modo questio erat, ab illis consuetudinibus liberam et immunem tenere volebat. Hujusmodi vero Drogonis responsionem ostendit Prior nec valere nec pertinere, tum quia antecessorum illius possessio circa domum de qua modo agebatur nulla extiterat, tum quia ecclesia Dei laicali possessione vel presumptione, nec jure suo privanda, nec consuetudine est spolianda. His igitur ita pertractatis, cum secundum dicta et responsa utriusque partis de judicio tractaretur, presentate sunt nobis littere doni pape C[ALIXTI] (*a*) in quibus et persona Drogonis in atrio et altari participantis de sacrilegio notabatur, et parvitas nostra Apostolica auctoritate monebatur, quatinus eumdem Drogonem nisi cessaret a monachorum vexatione, anathematis gladio feriremus, et quem blanditie non movebant, severitate ultionis corrigeremus.

(*a*) Les limites du pontificat de Calixte II vont du 2 fév. 1119 au 14 décembre 1124 ; pas de trace de ces lettres dans Jaffé.

Litteris igitur apostolicis in medium recitatis, visum est nobis, non solum juxta precedens negocium, sed et secundum Apostolicas litteras, judicialem proferre debere sententiam, et Apostolicam servare per omnia reverentiam. Nostre igitur super hoc considerationi Prior diligenter et absolute adquievit et consensit. Drogo vero, nisi prius judicatum esset, litteras Apostolicas judicio interesse recusavit; sed, exclusis litteris, judicium se libenter auditurum sepius acclamavit. Cum igitur Drogoni judicium de hoc ipso faciendum proponeremus, et offeremus utrum scilicet Apostolice littere in ecclesiastico judicio recipiende essent, an excludende, nostrum super hoc judicium recipere vel audire omnino contempsit, et tam a curia quam a justicia discessit. Nos itaque fulti tam ratione quam Apostolica auctoritate, communicato et episcoporum et abbatum ac religiosorum virorum consilio qui curie et negotio intererant, episcoporum scilicet domni Gaufredi *Carnotensis*, domni Clarembaldi *Silvanectensis*, abbatum vero donni Gaufredi *Latiniacensis*, donni Gaufredi de *Sancto Medardo*, donni Gilonis de *Caziaco*, donni (389) Gilduini de *Sancto Victore*; horum, inquam, et multorum aliorum suffragante consilio, Drogonem illum in malitia sua perdurantem et a perversitate non cessantem, post multas quidem indutias, post trine vocationis ammonitionem, prout meruerat excommunicavimus. Tandem vero, Deo miserante qui mavult vitam peccatoris quam mortem, Drogo in se reversus et penitentia ductus, consilio quidem donni Stephani archidiaconi nostri et regis dapiferi, nostram adiens presentiam, coram omnibus tam clericis quam laicis suam super hoc injusticiam et monachorum justiciam recognovit, et quod de cetero, vice hospitis, prenominatas consuetudines redderet, viva

---

389. Geofroi, abbé de Lagny dès 1107, mort le 5 avril 1124, n. st. Son successeur, Raoul II, est cité dès 1124 (*Gallia*, VII, 494). — Geofroi Coudecerf, élu abbé de St-Médard fin 1119 ou début de 1120, devint évêque de Châlons en 1131 (*Gallia*, IX, 415). — Geudoin, abbé de St-Victor, 1114 — 13 avril 1155 (*Gallia*, VII, 663). — Gilon, abbé de Chézy-sur-Marne, au diocèse de Soissons, cité par un obituaire comme décédé un 29 juin et placé arbitrairement avant 1063, doit s'intercaler entre Pierre (1108-1112), et Simon, cité en 1134 (*Gallia*, IX, 427).

voce promisit et affirmavit, et de injuria priori et monachis totiens illecta, veniam postulans, nostram inde absolutionem requisivit. Nos ergo de ove jam quasi perdita sed, per gratiam sancti Spiritus, ad ovile quodam modo revocata non minimum gavisi sumus, eumque, assensu prioris, satisfactione tamen prius accepta, a vinculo anathematis absolvimus. Causa igitur et controversia prioris et Drogonis in hunc modum, Deo disponente, terminata, domnus Stephanus archidiaconus, concordie amator et pacis conciliator, apud priorem precibus obtinuit, quatinus Drogo personaliter, tempore ipsius donni, scilicet Mathei prioris, id est quamdiu prioratus officium obtineret, ab istis consuetudinibus, furca scilicet et culcitra, et sacco, liber et absolutus existeret. Priore itaque hanc quasi libertatem tam pro voluntate et laude donni Stephani quam (400) pro retinenda precipue de cetero Drogonis ipsius amicitia diligenter, ut dictum est, annuente, dato pacis osculo, factus est Drogo amicus de inimico, de averso reversus.

Testes vero tam cause quam concordie subscribere decrevimus, et in robur perpetue firmitatis, eorum nomina subannotare dignum censuimus.

Testes cause. Ex parte domni Prioris : Supradicti Episcopi et Abbates. Clerici : Robertus succentor. Wilelmus de Stampis. Thomas prior de Sancto Victore et Godefridus. Laici vero : Rodulfus Delicatus (122). Warnerius *vicecomes de Bellomonte* (412). Hugo de Oene. Herbertus Traditus de *Ponte Ysare*. Ex parte Drogonis : Domnus *abbas Fossatensis* Theobaldus. Bernerus decanus Parisiensis. Archidiaconi Henricus et Theobaldus. Clerici : Drogo, Hudago et Henricus Lotaringensis (75) et multi alii.

Testes vero concordie. Ex parte domni Prioris : Domnus abbas Latiniacensis. De monachis Sancti Martini : Odo, Bernuinus, Goduinus, Ymar. Ex parte Drogonis : Predicti Archidiaconi Henricus et Theobaldus. Clerici multi qui fuerant etiam in causa. Milites : Rodulfus de Torceio (139) et frater ejus. Wido Dissutus, et filius ipsius Drogonis Warinus et multi alii.

Actum publice *Parisius*, in episcopali curia, anno Incarnationis Dominice MCXXII, indictione I, epacta XXII, concurrente VI, regnante

LUDOVICO rege anno regni ejus XIIII, episcopatus domni GIRBERTI anno VI.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 69, n° 106. — *C*. Copie du XII[e] siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 51, n° 123 (incomplètes). — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 40', d'après *A*, volontairement incomplète ; collationnée au XVII[e] s., et complétée des noms de témoins et des synchronismes. — *E*. Copie du XV[e] s., LL 1352, fol. 40 ; d'après *D*. — *F*. Copie du XVI[e] s., LL 1353, fol. 40', d'après *D*.

168. — *Enguerran, évêque d'Amiens, concède aux chanoines de St-Martin de Wahagnies les autels de Bonnay et de Courcelles.*

(23 mai 1123)

INGELRANNUS, Dei ordinante clementia, *Ambianensis episcopus*, omnibus sancte Dei Ecclesie filiis p. et f., ad id dignitatis promoveri ut, omni lacrima ab occulis eorum exclusa, celestis Hierusalem dulcedine delectati, jugi gaudio manifeste visionis Dei perenniter satientur.

Premonstrante sacri elogii auctoritate, dilectissimi fratres, mei officii certum est esse ut res sancte matris Ecclesie, perfidorum nequitia deprimente, minutas pro modulo mee facultatis restaurarem, ac deformatas calamitate dierum hujus temporis qui mali sunt, in melius reformando, Dei fultus auxilio, commutarem. Hac igitur professionis nostre causa convenior, simulque officii mei ratione compellor, ut voti premissi compleam actionem, sollicitudinisque pastoralis non intermittam injunctam mihi vicem ne forte, voti reus et nominis, premium perdam divine promissionis, que consummatoribus professionis et ordinis in terra sua dupplicia et leticiam sempiternam repromittit in tempore retributionis. Quocirca ego INGELRANNUS, Dei providentia *presul Ambianensis*, ut ea que ex debito commissi officii exigor compleam, et consummati in bono cursus premia adipisci valeam, ecclesiam quandam, in honore egregii confessoris et preciosi pontificis Xristi Martini, sitam in

territorio *Wangneii* (390) fratri Roberto et canonicis ibidem regulam Sti Augustini propositumque profitentibus, cum possessionibus quas nunc habent et que, nostris temporibus, eis regulariter accedere potuerint, nostrarum personarum consilio et concanonicorum, liberam in perpetuum concedo, et predicte ecclesie altare de *Bonaio* (390) et altare de *Curcellis* (390) salvo jure episcopali attribuo. Vobis igitur corampositis, dilectissimi fratres, pred. monasterio privilegium confirmantes, excommunicavimus et anathemate insolubili percutimus illos omnes qui hoc statutum evertere, versutia instigante diabolica, temptaverint, et res ejusdem ecclesie invadere, minuere, lacerare, separare jurique suo assignare presumpserint.

S. Ingelranni episcopi. S. Guarini archidiaconi. S. Symonis archidiaconi. S. Rogeri decani. S. Radulfi cancellarii. S. Yberti, abbatis *Sti Judoci*. S. Radulfi, abbatis *Sti Fusciani* (391). S. Achardi sacerdotis. S. Rogerii sacerdotis. S. Dodonis sacerdotis. S. Nantaudi; S. Adsonis; S. Dodomanni, diaconorum. S. Radulfi; S. Walteri; S. Andree, subdiaconorum. S. Roberti, prioris *Sti Aceoli*. S. Walterii, prioris *Sti Dionisii* (391). Actum (anno) ab Incarnatione Domini M. C. XXIII, indictione prima, X kal. Julii.

Ego Radulfus cancellarius scripsi et suscripsi, regnante gloriosissimo *rege Francorum* Ludovico.

A. Original perdu.
B. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 89.

---

390. Wahagnies, ca. Pont-à-Marcq, ar. Lille. (Ce monastère fut bientôt après cédé à St-Martin-des-Champs). — Bonnay, ca. Corbie, ar. Amiens. — Deux communes et quatre hameaux, dans le département de la Somme, se nomment Courcelles. Il s'agit ici de Courcelles-sous-Moyencourt, ca. Poix, ou de Courcelles-sous-Thoix, ca. Conty, ar. Amiens.

391. Saint-Josse, ca. Montreuil-sur-Mer. — Saint-Fuscien, abbaye d'Amiens. Saint-Acheul, ca. Bernaville, arr. Doullens. — Saint-Denis, éc. Mont-St-Quentin, ca. Péronne.

Ybert ou Imbert fut abbé de St-Josse-sur-Mer après Gautier de Lalaing vivant en 1105. Son premier acte cité par la *Gallia* (X, 1292) fut de recouvrer, en 1125, par jugement de l'évêque, l'autel de Waben usurpé par Gautier Tirel III. — Raoul est cité comme abbé de St-Fuscien de 1105 à 1122 (*Gallia*, X, 1302). — La

169. — *Lisiard, évêque de Soissons, autorise St-Martin-des-Champs à posséder dans son diocèse l'église de Largny [en Valois], que des laïcs détenaient auparavant comme fief relevant du comté de Crépy. La comtesse douairière et son fils Raoul ont approuvé cette cession.*

(Soissons, 1123, après le 3 août).

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen.

Ego Lysiardus, Dei gratia *Suessorum episcopus*, licet indignus, non ignorans quid sollicitudinis, quid amoris, Xristi et Ecclesie filiis debeamus, et cum multo timore perpendens, quid oneris protegendis fidelibus populis sustineam, quanto ad hec auxilio, quantave distribuendis mihi eorum oblationibus sollertia indulgeam, faciendum pro necessitate cognovi ad supportandam tante impositionis sarcinam, servorum Dei auxilia querere, eosque ut nobiscum, ob custodiam gregis Dei, vigilent et orent, stipendiorum nostrorum participes efficere. Cum autem omnibus si fieri posset, munificum et utilem episcopalis me dignitas esse deposcat, religiosis maxime viris munificentie et utilitatis mee liberalitatem aliqua inpendere statui.

Quapropter *ecclesie Beati Martini de Campis* et fratribus ibidem Deo servientibus quorum conversationem Deo et hominibus placere manifestum est, ecclesiam de *Lerniaco* (377), quam diu manus laica injuste invaserat, assensu tamen illius qui eam quoquomodo tenuerat, illius quoque de cujus feodo, *comitisse* videlicet *Crispeii* et Rodulfi, ejusdem comitisse filii (379), esse videbatur, pro salute anime mee et ecclesie defensione concedo cui, Deo auctore, presideo, liberam cum omnibus appenditiis suis et cum servis et ancillis, et omnibus que juris predicte ecclesie esse noscuntur, salvo ecclesiastico jure et reditibus et justiciis que episcopo et archidia-

Gallia (X, 1325), n'a point connu Robert, prieur de St-Acheul, qui doit s'intercaler entre Etienne (1109) et Eudes Dieudonné (*Odo Deodatus*) prieur en 1143, qui prit deux ans après le titre d'abbé.

cono debentur, perpetualiter possidendam concedo, tantum remunerationis a pred. patribus obtinens ut mei et fratrum ecclesie mihi commisse in orationibus suis recordentur et in die anniversarii mei, donnique PETRI archidiaconi, hujus beneficii cooperatoris, pro salute animarum nostrarum Dominum deprecentur. Si quis vero hanc dationis mee liberalitatem infringere et contra hanc institutionis mee paginam proterve incedere presumpserit, a corpore et sanguinis Ihesu Xristi participatione privetur, et cum Juda traditore, a consortio Angelorum et Dei visione separetur. Et ut hec omnia rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri impressione et probabilium personarum testimonio roborari volui.

S. LISIARDI episcopi. S. PETRI archidiaconi. S. ANSCULFI archidiaconi. S. TETBALDI, archidiaconi. S. JOHANNIS capellani. S. PETRI decani de *Lerniaco* (377).

Actum *Suessionis*, anno Incarnationis Dominice M° C° XX° III°, indictione I^a^, regnante *rege Francorum* LUDOVICO, anno regni sui XVI, episcopatus autem domni LYSIARDI anno XV (*a*).

(*a*) Cette date confirme celle de 1108 donnée par la chronique d'Aubri pour l'élection de Lisiard.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 83'. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 80, collationnée et complétée. — *D*. Copie du XVe s., LL 1352, fol. 78'. — *E*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 90'.

Edit. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 528.

170. — *Pierre de Léon, cardinal-prêtre* [de Ste-Marie au Transtévère], *et Grégoire, cardinal-diacre de St-Ange, légats du Saint-Siège, approuvent le don de l'église de Neuville que l'évêque d'Orléans* [Jean II] *a fait à Mathieu, prieur de St-Martin-des-Champs, et que celui-ci avait scrupule à accepter.*

(1119-1123)

PETRUS LEONIS, presbiter, et G[REGORIUS], *Sancti Angeli* diaconus,

Sedis Apostolice cardinales et legati (392), dilecto et venerabili fratri M[ATHEO], priori *Sancti Martini de Campis*, salutem et benedictionem. Karissimus frater noster L[EO] cardinalis significavit nobis quid in ejus, et *episcopi Carnotensis*, atque aliorum fratrum qui tunc presentes erant, conspectu, de ecclesia *Noveville* (392) feceris. Nos igitur Apostolice Sedis auctoritate, a timore tue conscientie te absolventes, donum quod *Aurelianensis* episcopus de eadem ecclesia tuo fecit monasterio in perpetuum confirmamus.

A. Original perdu. — *B*. Copie du XIIe s. (vers 1129), *Liber Testamentorum*, fol. 89.

Edit. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, p. 519.

171. — *Raoul, fils de Foulques et petit-fils de Nivelon, ayant restitué à l'évêque Pierre de Beauvais, l'église St-Martin de Cressonsacq, le prélat la remet à Mathieu, prieur de St-Martin-des-Champs, du consentement de l'archidiacre Henri.*

(1er janvier *ou* 15 avril 1123 — 1er janvier *ou* 6 avril 1124)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit omnibus t. p. q. f. quod ego PETRUS, Dei gratia, *Belvacensis episcopus*, dedi *monasterio Sti Martini de Campis*, per manum domni MATHEI prio-

392. Ces lettres montrent associés dans une légation en France, deux futurs compétiteurs à la chaire de Saint-Pierre, à la mort d'Honoré II. Grégoire, cardinal-diacre du titre de Saint-Ange, d'une promotion d'Urbain II, devint le 14 février 1130 le pape Innocent II. Le même jour, les cardinaux dissidents élurent à Rome Pierre de Léon, moine de Cluny, cardinal depuis 1113 ; il fut sacré le 23 sous le nom d'Anaclet II et mourut le 15 janvier 1138. Le cardinal L. doit être Léon, cardinal-diacre du titre *de Sancto Vito* : il fut remplacé par un autre Grégoire en 1123. (Cf. Jaffé-Wattenbach, t. I ; de Mas-Latrie, *Trésor de chronologie*, p. 1181).

L'évêque de Chartres cité est Geofroi II, successeur d'Ives ; sa présence engagerait à identifier *Novavilla* du texte avec Neuvy, dont l'autel avait été donné à St-Martin par Henri Ier et confirmé par Philippe Ier (n° **11**). Mais D. Marrier (p. 519) assure qu'il s'agit ici de l'église St-Symphorien de Neuville en Orléanais. Le donateur, Jean II d'Orléans, dont l'avènement remonte au 28 décembre 1096, eut pour successeur Hélie que le pape Innocent II consacra évêque le 15 avril 1137.

ris, laudante HENRICO archidiacono meo, *ecclesiam Sti Martini* que est apud *Cressonessart* (393), sicuti antea tenuerant FULCO filius NEVELONIS et RADULFUS filius ejus, contra salutem animarum suarum, salvo jure *Belvacensis ecclesie*. Nec ignotum esse volo quod idem RADULFUS, cum uxore et filiis, igne divino inflammatus, eandem ecclesiam cum omnibus ad eam pertinentibus mihi reddidit, penitentiam agens et absolutionem querens (*a*), quod eam tamdiu injuste possederat. Et ut hoc firmum et inconcussum permaneat, sigilli nostri impressione corroborari feci. Et ne aliquis, pro eadem ecclesia, domum Sti Martini vexare presumat, sub anathemate interdicimus (*b*). Huic dono interfuere WILLELMUS armarius, Albericus, Walterus, monachi; Erchengerus, HABERTUS BELOTUS, clerici; BALDUINUS DE BUTINANGULO (393), ANSCULFUS (*c*) DE NULLIACO (393), ASCELINUS FEREZ (*d*), Habertus faber, Paganus, RAINOLDUS DE FRETEI (394), Bertinus, laici.

Actum anno Incarnati Verbi M° C° XX° III°.

(*a*) *B* omet ces trois derniers mots. — (*b*) *D* omet les noms des témoins; *C* s'arrête ici. — (*c*) *C* Foruscullus de Milliaco. — (*d*) *B* Ansellus Ferrei.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 90. — *C*. Copie du XII[e] siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 58, n° CXXV, complétée par une addition marginale du XVII[e] s., à partir des mots : « Huic dono ». — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 73, collationnée et complétée en marge. — *E*. Copie du XV[e] siècle, LL 1352, fol. 71. — *F*. Copie du XVI[e] siècle, LL 1353, fol. 80'.

---

393. Cressonsacq, Angivilliers, ca. St-Just-en-Chaussée, ar. Clermont (Oise). — Neuilly-sous-Clermont, ca. Mouy-de-l'Oise, ar. Clermont. — Boutenangle est une ancienne famille dont le nom se rencontre dans un hameau de St-Remy-de-l'Eau et dans une annexe, disparue de nos jours, d'Erquinvilliers, communes du canton de St-Just-en-Chaussée (Oise). — Gérard de Boutenangle, témoin de la charte communale de Bulles (1181), était marié dès 1185 à Emeline, veuve du sénéchal de Bulles, Barthélemi de Fournival. Gontran de Boutenangle, cité dès 1187, fut en 1197 témoin de la charte communale de Clermont. — M[e] Jehan de Bouquenangle, chanoine de N.-D. de Clermont, vivait en 1373. (Notes dues à l'obligeance de M. l'abbé Beaudry, secrétaire de la Société historique de Clermont-de-l'Oise).

394. Ons-en-Bray, ca. Auneuil, ar. Beauvais. — Monchy-St-Eloi, ca. Liancourt; Le Frétoy et Coivrel, ca. Maignelay; Doméliers, ca. Crèvecœur; ar. Clermont (Oise).

172. — *Pierre, évêque de Beauvais, sur les instances du prieur Mathieu, confirme à St-Martin tout ce que possède le monastère dans son diocèse, notamment les églises de St-Omer en Chaussée, de Méru, de St-Léonor à Beaumont-sur-Oise, de Cressonsacq; le travers de Milly, une rente sur le moulin d'Ons.*

(Beauvais, 15 avril 1123 — 6 avril 1124)

Quoniam mundus in maligno positus est, et jam multorum refriguit caritas, necesse est ut qui Sancte presunt Ecclesie Deo servientium paci studiosius invigilent, non solum suis temporibus, sed et in futuro providentes. Unde notum esse volumus omnibus t. p. q. f. quod ego Petrus, Dei gratia, *Belvacensis episcopus,* concessi *monasterio Sti Martini de Campis*, precibus donni Mathei qui tunc ejusdem loci prior erat, omnia que in episcopatu nostro de beneficiis fidelium, tam ecclesiasticis quam laicalibus, juste possidebant, salvo tamen in omnibus jure Belvacensis ecclesie : Aecclesiam scilicet *Sti Audomari* (314) cum appendiciis suis; transversum de *Miliaco* (314) in singulis decimis diebus, de omnibus rebus que transversum reddunt; unum modium frumenti in quodam molendino quod est in villa que dicitur *Uns* (394); ecclesiam de *Meruaco* (221) cum appenditiis suis; apud *Bellomontem, ecclesiam Sti Leonorii* (334) cum omnibus appenditiis suis; decimam de *Moinecurte,* ecclesiam de *Cressonessart* (393) cum o. ap. s.; terram cum nemore et hospitibus quam habet idem monasterium de dono Balduini de Butinangulo (393) et de feodo Lanselini Belvacensis apud *Dedunvilerium* et apud *Cupchel*; juxta *Bellomontem* apud *Nuisiacum* (372), terram quam dedit Gualerannus, frater Jolduini (*a*) de Munci (394). Hoc autem feci consilio et assensu archidiaconorum ecclesie nostre, Rotgerii filii Landonis, Theobaldi filii Lanscelini, et Henrici filii (*b*) Henrici de Conti (316).

Et ut hoc firmum et inconcussum permaneat, cartam sigillo meo signatam confirmavi. Et ne aliquis has possessiones et istam confirmationem infringere et invadere presumat, sub anathemate interdixi.

Data *Belvacus* per manus duorum monachorum, Gonfredi qui prior fuerat ecclesie *Ste Marie Britoilensis*, et dunni (*c*) Alberici, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo XX° III°.

(*a*) Joscelini *B*. — (*b*) Henre *C*. — (*c*) domni *B*.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 81'. — *C*. Copie du XIIe s., incomplète, *Ibid*., fol. 57', n° 124. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 72, collationnée « ex ipsissimo authographo, cui adfixum est sigillum, spissitudinis duorum digitorum, in quo visitur figura pontificis sedentis, cum his verbis : PETRVS, BELVACENSIS EPS ». — *E*. Copie du XVe siècle, LL 1352, fol. 70. — *F*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 80.
Edit. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 395.

173. — *Louis VI confirme la fondation et la dotation du prieuré de St-Nicolas* [d'Acy] *par Gui de la Tour* [de Senlis].

(Paris, 1er janvier *ou* 6 avril — 3 août 1124)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Ludovicus Dei gratia *Francorum rex*. Notum fieri volumus cunctis fidelibus tam futuris quam et instantibus, quod Guido de Turri (292) *ecclesie Beati Nicolai* que non longe a *civitate Silvanectensi* sita et ab eodem Guidone constructa est, et fratribus ibi Deo servientibus, hæc de rebus et possessionibus suis pro remedio anime sue donavit et jure perpetuo possidenda concessit : Vinagium scilicet de *Clomblorio* (*a*) in pago *Aurelianensi*. Altare (395) de *Darenciaco* (153) et terram ara-

395. La confirmation des bénéfices réunis au prieuré dans le diocèse de Paris, accordée en 1098 par l'évêque Guillaume Ier (n° **82**) joint à des cures possédées depuis longtemps par St-Martin l'autel de Drancy (ca. Noisy-le-Sec, ar. St-Denis), et nous l'avons identifié avec celui que la bulle d'Urbain II (n° **75**) désigne par ces mots : « altare de Renzegio » au lieu de « altare de Derenzegio ». Le diplôme de Louis VI nous apprend que l'autel de Drancy fut concédé par Gui de la Tour. Cependant St-Nicolas d'Acy n'était point alors uni à St-Martin, puisque cette église lui fut offerte sous l'évêque Létaud, élu après le 12 novembre 1096 (note 205) plusieurs mois après la délivrance de la bulle.

Pour concilier ces données, on pourrait admettre qu'après avoir obtenu de l'évêque Hubert, son ami, la ratification du don de l'église St-Nicolas au monastère des Champs, Gui de la Tour fit rattacher à la nouvelle fondation l'autel de Drancy, octroyé par lui à St-Martin une dizaine d'années auparavant.

bilem apud *Villampictam* (396); et villam de *Avilliaco* (289) cum bosco et plano et molendino et pratis et viaria et justitia et cum omnibus ad eandem villam pertinentibus, et terram de *Barbaria* (396) quam ipse a HUGONE ELINANDI filio commutavit. Et medietatem altaris de *Brayo*, et altare de *Noa S. Martini* (183) et altare de *Noa Sancti Remigii* (183); et villam que *Fons Sancti Firmini* (396) dicitur, cum luco et plano, cum viaria et justitia et cum omnibus ad eandem villam pertinentibus; et terram arabilem apud *Brayum*. Hec omnia supradicta et quicquid insuper predictus GUIDO de nostro vel de alterius feodo, predicte *Beati Nicolai ecclesie* dedit et in futurum, Deo volente, daturus est, nos eidem ecclesie pro anime nostre et antecessorum nostrorum remedio, confirmamus et jure perpetuo habenda et possidenda concedimus. Quod ne valeat oblivione deleri, scripto commendavimus et, ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri caractere subterfirmavimus. Actum *Parisius* publice, anno Incarnati Verbi M. C. XXIV, regni nostri XVI.

(*a*) Nom visiblement corrompu. S'agirait-il de Chambord ?

A. Original perdu. — *B*. Copie du XVIII[e] s., non certifiée. Arch. de l'Oise, H 2577[1]. — *C*. Copie du 17 octobre 1709, Coll. Clairambault, vol. 562, fol. 356. — *D*. Copie d'Afforty, Bibl. de Senlis, t. XIII, p. 734.
Edit. Marrier, *Monasterii S. Martini de Campis historia*, p. 287.

173 *bis*. — *Donations à St-Martin sous le prieur Mathieu I*[er] *par Raoul II le Bel et sa femme Lisoie* :

La moitié de la dîme des fèves à *Saint-Brice* (398).

Par Gilbert de Montfermeil et sa femme Comtesse, fille d'Antheaume de Groslay et d'Ermengarde :

L'église paroissiale dont dépend *Montjay* (241).

(27 novembre 1119 — 6 avril-4 août 1124)

Ind. Lettres d'Etienne, évêque de Paris, datées de 1124, n° **174**.

---

396. Villepinte, ca. Gonesse, ar. Pontoise. — Barbery, ca. et ar. Senlis. — Saint-Firmin, ca. et ar. Senlis.

174. — *Etienne de Senlis, évêque de Paris, homologue un accord entre Mathieu, prieur de St-Martin, et Bouchard IV de Montmorency. Contre la cession de Dugny, Bouchard confirme tout ce que St-Martin possède dans son fief, notamment l'autel d'Arnouville, l'église et toute la dîme d'Ecouen, 40 sous de rente sur le travers entre Saint-Denis et Pontoise, rente qu'il a portée à 60 sous après la mort de sa mère Agnès* (de Beaumont-sur-Oise). *Le prélat confirme à son tour le don à St-Martin, par Gilbert de Montfermeil, de l'église paroissiale dont dépend Montjay.*

(Paris, 6 avril — 4 août 1124)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Plerumque contingere solet ut ea que ecclesiis Dei a fidelibus dantur, aut vetustate temporum oblivioni tradantur, aut ab injustis calumpniatoribus auferantur, nisi cartulis vel creis aut petrinis tabulis ad memoriam futurorum inserta conscribantur. Quod malum vitare cupiens (*a*) ego STEPHANUS Dei gratia (*b*) *Parisiorum episcopus*, noticie futurorum fidelium per hanc kartam commendo conventionem, scilicet (*c*) factam inter domnum (*d*) MATHEUM, priorem *Sancti Martini de Campis*, et domnum BURCHARDUM DE MONTEMORENTIACO, videlicet de possessionibus quondam (*e*) Sancto Martino datis, que, diu multumque ventilata, tandem utrorumque communi consensu, hoc fine (*f*), me laudante et concedente, terminata est.

Sciant igitur fideles Dei, presentes et futuri, quod domnus BURCHARDUS DE MONTEMORENTIACO ea que de feodo suo *Sancto Martino de Campis* et monachis ibidem Deo servientibus ab hominibus suis primitus data fuerant, perpetuo habenda concessit, et de propria hereditate quedam alia eidem in elemosinam tradidit. Et, ut que dicimus enucleatius intelligantur, ipsa possessionum nomina hic suscribere dignum judicavimus : *ecclesiam Sancte Oportune de Monciaco* (133) cum decima et atrio, servis et ancillis, et cum omnibus appendiciis suis, et omnem terram domni CLEOPHE DE SANCTO MARCELLO (366); omnemque viariam de *Thur* (*g*) et de *Mestigerio* (282) et omnem consuetudinem; ecclesiam etiam de

Monte martirum et tantum atrii ubi fierent officine fratrum, decime terciam partem et terciam partem hospitum, terramque ad medietatem carruce ad possidendum. Hec dedit WALTERIUS (*h*) cognomento PAGANUS (177), et uxor ejus HODIERNA cognomento COMITISSA; postea ADAM DE (*i*) VINEZOL (398) et conjunx ejus, tempore domni THEOBALDI prioris (*j*), addiderunt tantum decime ut Sanctus Martinus tocius decime medietatem habeat. Concessit etiam *ecclesiam de Dolmonte* (212) et omne donum quod dederat Sancto Martino RADULFUS BELLUS (305) et LISUIA conjunx ejus, tempore predicti prioris (*k*), et medietatem decime fabarum *Sancti Briccii* (398) quam dederat, tempore domni MATHEI prioris. Concessit et altare de *Ermonovilla* (298), ecclesiam quoque de *Escuen* (365) et totam decimam. Dedit etiam domnus BURCHARDUS Sancto Martino omnibus annis XL[ta] solidos de transverso suo inter *Sanctum Dionisium* et *Pontisaram*, ad festivitatem sancti Martini, mense novembris. Post obitum autem domne AGNETIS, matris sue, dedit Sancto Martino, pro anima ejus, XL[ta] solidos de censu suo apud *Sanctum* (*l*) *Dionisium* in *burco Sancti Marcelli*. Domnus vero MATHEUS concessit ipsi BURCHARDO *Dugniacum* (108), faciendi inde quicquid vellet dans ei liberam potestatem (*m*). Tum vero idem BURCHARDUS predictis XL[ta] solidis XX solidos superaddidit, concedens ut ecclesia *Sancti Martini de Campis* singulis annis imperpetuum habeat LX[ta] solidos de censu prefato quem habet in *burco Sancti Marcelli*, concedente uxore sua cum omnibus liberis (*n*) suis.

Notum etiam fieri volo quod ego idem STEPHANUS, Dei gratia *Parisiorum episcopus* (*o*), eidem monasterio *Sancti Martini de Campis* concesserim ecclesiam de *Orcio* (398) in cujus parrochia

---

397. Vinesenil, *Vinnecuel*, hameau disparu près de Chambly, ca. Neuilly-en-Thelle, ar. Senlis. Cf. *Mémoires de la Société académique de l'Oise*, t. XIV, p. 549. — Adam I de Vinesenil est cité déjà vers 1102 (*Cartulaire de St-Martin de Pontoise* p. 38, n° XLIV).

398. Saint-Brice-sous-Montmorency, ar. Pontoise. — Oissery, ca. Dammartin ; Fresnes, ca. Claye ; Chessy, ca. Lagny ; ar. de Meaux. — Chevry-Cossigny, ca. Brie-Comte-Robert, ar. Melun.

(241) *Monsgaius* (*p*) est, perpetuo (*q*) habendam cum altare (*r*) et omnibus que ad eam pertinent, salvo in omnibus jure *Parisiensis episcopi*, laudantibus et concedentibus hiis qui eam diu injuste tenuerant, Gisleberto de Monfermolio (382), cum uxore sua [Comitissa] et liberis suis, matre etiam Comitisse ejusdem Ermengarde, necnon et patre ejus Antelmo, audientibus his testibus : Burchardo milite Antelmi, Aszone majore, Alberico de Monfermoilo (382), Drogone de Oseriis (398), Balduino de Villaflo (280), Drogone, Fulberto et Otranno, famulo *Sancti Martini de Campis* (*s*).

Preterea sciendum est quod, concessione antecessorum nostrorum et nostra, idem monasterium habet in *capella Sancti Jacobi Parisiensis* (362), cum presentatione presbyteri, medietatem bonorum omnium que pro presbiterio ejusdem ecclesie ad ipsum presbiterum vel ejus utilitatem aliquo modo perveniunt scilicet in oblationibus, in baptisteriis, in confessionibus, in sepulturis, in legatis, et si qui sunt alii modi beneficii ad presbiterium pertinentis, in Purificatione sancte Marie et in festivitate sancti Jacobi, omnes sunt monachorum (*t*).

Verum ut hec omnia que supradicta sunt rata et firma in sempiternum permaneant, presentem kartam nostri auctoritate sigilli firmatam (*u*) fieri disposuimus, signisque canonicorum nostrorum corroborari precepimus.

Actum *Parisius* publice, in capitulo Beate Marie (*v*), anno Incarnati Verbi M°C°XX°IIII°, regnante Ludovico rege anno xvi°, Stephano (*a*) episcopo anno i.

Signum Stephani episcopi. S. Bernerii decani. S. Ade precentoris. S. Stephani archidiaconi. S. Theobaldi archidicaoni. S. Theobaldi archidiaconi. S. Landonis sacerdotis. S. Teoderici sacerdotis. S. Odonis sacerdotis. S. Ivonis diaconi. S. Demberti diaconi. S. Guillelmi diaconi. S. Gosleni subdiaconi. S. Guillelmi subdiaconi. S. Petri subdiaconi. S. Manasse pueri. S. Urbani pueri. S. Teobaldi pueri.

Si quis contra hanc dispositionem agere presumpserit, anathema sit.

Data per manum Algrini cancellarii.

(a) B omet le préambule. — (b) A omet « Dei gratia ». — (c) B omet « scilicet ». — (d) B dominum. — (e) B condam. — (f) B omet « hoc fine ». — (g) B omnem quoque viariam de Zur. — (h) B Galterius. — (i) A Vinnezol, D Vincecl. — (j) A omet « tempore donni Theobaldi ». — (k) A tempore donni Thebaldi prioris. — (l) B omet « Sanctum ». — (m) B dans ei liberam potestatem faciendi inde quicquid vellet. — (n) B filiis. — (o) B omet « idem — — episcopus ». — (p) A Mousgain. — (q) B imperpetuo. — (r) B altari. — (s) B supplée à ce passage ainsi : « rogatu et concessione eorum qui eam diu injuste tenuerant, Gisleberto scilicet de Monfermolio et uxore sua cum liberis suis, sub testimonio Burcardi, militis Anthemi de Groolio (283), et Aszonis majoris, Alberici de Monfermolio, Drogonis de Oseriis, Balduini de Villaflois et Otranni famuli ». — (t) A omet le paragraphe entier « Preterea sciendum — — sunt monachorum ». — (u) A omet « firmatam ». — (v) B omet « publice in capitulo Beate Marie ». — (x) Toute la fin, à partir de ce mot « Stephano », manque en B.

A. Copie du xii[e] siècle, *Liber Testamentorum*, fol. 68'. — B. Copie de 1209, LL 1351, fol. 42'. — C. Copie du xv[e] siècle, LL 1352, fol. 41'. — D. Copie du xvi[e] s., LL 1353, fol. 42'.

Edit. R. de Lasteyrie, *Cartulaire général de Paris*, t. I, p. 224, n° 205.

175. — *Bouchard, évêque de Meaux, constate la soumission de Pierre l'Orphelin, qui, ayant enlevé à St-Martin-des-Champs une carrière établie sur la Marne, à Annet, avait été excommunié par lui, de l'autorité du Pape Calixte II, et qui depuis l'avait restituée au prieur de St-Martin, Mathieu I[er]. Pierre, ayant construit un four à Annet au mépris du droit de banalité acquis par les moines, est condamné à démolir ce four par la Cour épiscopale.*

(1120-1124)

Omnibus qui, auctore Deo, pastorali cure invigilant, necesse est plus prodesse quam preesse, ut presentes in ipsis videant quod sequantur, posteri audiant exempla quibus instruantur. Quod ego Burchardus, *Meldensis episcopus* (399), cum adjutorio et gratia

399. Bouchard, évêque de Meaux, élu après la mort de Manassé I[er] (13 janvier 1120) mourut le 4 janvier 1134. — Cette charte est antérieure à celle qui suit, laquelle est elle-même antérieure au 5 avril 1124. En effet, Pierre l'Orphelin est ici condamné à démolir un four concurrençant celui des moines et, dans la charte qui suit, il n'existe plus qu'un four à Annet, celui du prieuré. — Le doyen Thibaud est cité de 1117 à 1127 (*Gallia*, VIII, 1664).

Sancti Spiritus sequi et adimplere desiderans, Petrum cognomento Orphanum (198) anathemati subdidi, ex auctoritate domni Calixti pape secundi et nostra, pro *carraria Sti Martini de Campis* quam injuste abstulerat, et in aquas ejusdem ecclesie, super *Maternam fluvium*, penes *Anetum*, villam predicte ecclesie, longuo tempore violenter tenuerat et tenebat. Sed de hoc resipiscens, et errorem suam confitens, bone memorie domno Matheo priori, per manum meam, de hoc satisfecit. Cum autem ex auctoritate domni Pape et nostra eidem subjaceat sentencie, pro furno etiam quem in supradicta villa *Aneto* injuste fecerat, illicite habuerat, violenter tenuerat; cum predecessorum ipsius tempore, nullus furnus in eadem villa preter furnum monachorum eatenus extitisset, ille ad justiciam se offerens : « Paratus sum, inquit, *Meldis* in curia vestra ostendere Priorem injuste adversum me agere ».

Igitur utriusque spontaneo voluntatis assensu faventibus, denominata est dies, conveniunt, Priore rem ut erat perorante, Petro e vestigio respondente. Audita vero utriusque causa, initum est consilium. Dein Stephano *preposito*, ex communi astantium assensu, tam clericorum quam laicorum qui in presencia erant, judicium proferente, me etiam, ut ipsum judicium audiret, Petro filiastro ipsius Petri offerente, plenarie judicatum est Petrum contra jus, contra fas, furnum in eadem villa fecisse, justum esse ut funditus everseretur, et Priori, cum debita emendatione, de forisfactis suis justicia exhiberetur. Quod et factum est, istis presentibus : Adam archidiacono, Manasse archidiacono, Thebaldo decano, Gisleberto preposito, Balduino cancellario; presente etiam Hugone de Pompona (103), de cujus feodo Petrus tenet quo in predicta villa habet, et Waltero fratre ejus; Hatone filio Guarneri, Autberto filio Evrardi, Ansculfo, Petro de Bistisiaco, Johanne viatore, Gualtero majore.

Sciant itaque t. p. q. f. horum omnium me cum tota ecclesia nostra assertorem esse, et his omnibus testimonium perhibere. De cetero, propter unitatis et pacis tenende observantiam interdico, prohibeo et gladio Sancti Spiritus amputo, ut nulli omnino hominum liceat, nullus presumat carrariam in aquas Sancti Martini

ponere, nec furnum in predicta villa facere, nisi consensu et voluntate Prioris et conventus ecclesie, quoadusque in curia *Meldensis episcopi* diffiniatur.

Altare etiam de Aneto et terciam partem decime, que bone memorie WALTERIUS, *Meldensis episcopus*, antecessor meus concessit, et cetera que in eadem villa monachi Sti Martini possident, ego BURCHARDUS *Meldensis episcopus* concedo et confirmo.

A. Orig. K 22, n° 4[2]. — *B*. Copie de 1129, *Liber Test.*, fol. 84, incomplète des deux derniers paragraphes. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 59, collationnée. — *D*. Copie du XV[e] siècle, LL 1352, fol. 58'. — *D*. Copie du XVI[e] s., LL 1353, fol. 62'.

Edit. Tardif, *Monuments historiques*, n° 394, p. 219.

176. — *Quelques-uns des démêlés existant entre St-Martin* (en raison du prieuré d'Annet) *et Pierre l'Orphelin, d'Annet-sur-Marne, sont terminés par un arrangement concernant le choix des collecteurs ou « trayeurs » de la dîme, et du gardien de la grange dîmeresse, le partage de la dîme, la banalité du four. Geofroi, abbé de Lagny, est choisi pour arbitre. La présentation à la cure d'Annet est réservée aux moines. Pierre l'Orphelin désigne pour garants le comte Thibaud IV, le roi Louis VI, Etienne de Garlande sénéchal du roi. La femme de Pierre, leurs enfants Simon et Berthe, ainsi que Hugues de Pomponne, approuvent l'accord conclu avec le prieur Mathieu.*

(1120 — 5 avril 1124)

Scripti memoria hujus et attestatione, omnibus ipsum legentibus et audientibus notum sit qualiter discordia, que inter monachos *Sti Martini de Campis* et PETRUM ORPHANINUM (198) de *Aneto* (13) super quibusdam querelis erat, ad pacem conversa sit. Hujusmodi igitur inter eos erat discordia : Dicebat namque Petrus adversus monachos, quod tractatores decime de *Aneto* quos voluisset, eligeret ; et ad trahendam ipsam decimam eosdem imponeret, sine assensu et consilio monachorum ; ad granchiam quoque custodiendam quemcumque vellet sine monachis mitteret ; et quod decimam quando vellet partiretur ; et quod, nisi per ipsum, presbiter in

ecclesia mitti non posset. Ad furnum etiam Petri Bioth, qui super furnum Sti Martini in eadem villa factus erat, coquebant hospites ejus et ipse, sicut dicebatur. Jam enim furnum suum quem ipse idem Petrus Orphaninus in eadem villa similiter super furnum Sti Martini fecerat, judicio curie *Meldensis* episcopi destruxerat.

His omnibus contradicebant monachi, dicentes, sine ipsis nec tractores in decima, nec custodem in granchia esse mittendos, nec decimam parciendam; et quod ad ipsos tantum presbiteri missio vel expulsio pertineret, et quod nullus furnus, nisi Sti Martini, in eadem villa esse debet.

Cum hujusmodi dissentionem diutius alterutrum monachi et Petrus habuissent, talis tandem inter eos secuta est concordia: convenit namque ambobus, monachis videlicet et Petro, quod Petrus duos tractores decime mittet; monachi vero, sicut terciam partem decime habent, tercium tractorem mittent. Qui tres de communi conducentur, et communiter tam monachis quam Petro fidelitatem facient. Si vero tam parva fuerit decima, ut unus solus ad eam trahendam sufficiat, communi consilio et assensu, monachi et Petrus eum mittent. Et sic de tribus dictum est, de communitate conducetur, et communiter tam monachis quam Petro fidelitatem faciet. Quod si duo fuerint, alterum mittet Petrus, alterum monachi. De fidelitate vero et conductione tractorum, sive sint tres, sive duo, sive unus, predicto modo fiet. Hec de tractoribus definita sunt.

Ad granchiam vero custodiendam eliget Petrus unum fidelem et salvum, prout scierit, hominem, eumque monachis offeret. Quem si monachi refutaverint, duos adhuc alios fideles homines, unum post alterum, similiter eliget, eisque offeret. De quibus tribus oportet ut monachi unum, quem voluerint, custodem granchie esse concedant. Quod si custos ille monachis non sufficerit, poterunt mittere, si voluerint, suum cum illo in granchia custodem; quem tamen de suo proprio conducent; et utrique custodes monachis et Petro fidelitatem facient. Quod si unus de tribus monachis suffecerit, ipse monachis et Petro communiter fidelitatem faciet.

Decima vero attrahetur in granchiam Petri. Quod si utrisque, id est Petro et monachis, placuerit, granchiam communem facient; Petrus duas partes, monachi terciam, in qua decima trahetur. Decimam vero, nec monachi sine Petro, vel sine eo quem pro se miserit, vel Petrus sine monachis vel famulis eorum, dividere poterit, vel aliquid inde accipere ; sed mox ut tota congregata fuerit et parata, venient super eam Petrus et monachi, eamque divident ; et habebit inde Petrus duas partes, monachi terciam ; de qua scilicet tercia sua parte, dabunt presbitero mestivam suam. Cujus presbiteri in ecclesia missio vel expulsio ad solos pertinebit monachos, sicut illi soli eum conducent (*a*).

De furno quoque sic confirmatum est ut ipse Petrus et hospites ejus, tam homines quam femine, ad furnum Sti Martini coquerent, et quod quicunque ad alium, preter ad furnum Sti Martini, in eadem villa coxerit, excommunicetur, sive ipse Petrus, sive quicunque alius vel alia.

Omnes preterea querele que inter Petrum et monachos erant, in hac concordia consopite remanserunt, preter de fundo terre et de consuetudinibus suis.

Hujus concordie tenende et conservande, obsides dedit Petrus monachis comitem THEOBALDUM (318) et regem LUDOVICUM, STEPHANUM quoque DE GARLANDA, *regis siniscallum* (400) qui eum ad hanc concordiam tenendam, si forte inde exire voluerit, sua auctoritate et potestate compellant. *Abbatem* etiam *Latiniacensem* GAUFRIDUM (380) et HUGONEM DE POMPONIA (103) obsides sibi [monachi] dederunt, qui hanc concordiam sicut hic determinata est, si quis inde exierit, testificentur, et injuriam patientem prout poterunt, verbo et consilio adjuvent.

---

400. Etienne de Garlande, sénéchal du roi, s'identifie, comme le prouve la charte de l'évêque Gilbert II de 1123 (n° **167**), avec l'archidiacre de Notre-Dame de Paris qui succéda à Dreux Ier de Mello en 1096 ; il conserva ses attributions ecclésiastiques après que l'intervention de saint Bernard eut, en 1127, précipité la disgrâce de sa maison qui lui fit perdre ses charges de cour.

Etienne, après la mort de son frère Anseau (1117), tint le château de Gournay-sur-Marne, comme le prouve une charte de 1124/1125 (n° **181**).

Littere iste in tribus cartulis sunt scripte, quarum una est *Latiniaco* apud *Sanctum Petrum*, alia apud *Stum Martinum de Campis*; terciam PETRUS habet. Quod si Petrus vel monachi hanc concordiam transgressi fuerint, ad *Latiniacenses* litteras recurrent, et sicut ibi invenerint, facient. Hoc etiam in hac concordia ab utraque parte concessum est, ut nec Petrus de monachis, nec monachi de Petro clamorem alicui faciant, donec clamoris causa GAUFRIDO *abbati Latiniacensi*, si vivens abbas ipse in hac terra fuerit, ostensa sit. Et postmodum, nisi ipse eos pacificaverit, ubi voluerint se clamabunt.

Hec omnia sicut supra scripta sunt, de decima, de tractoribus decime, de custodibus granchie, de particione decime, de impositione sacerdotis, de furno et de ceteris, ut rata et firma permaneant, concesserunt ipse PETRUS ORPHANINUS et uxor ejus HODIERNA, et SIMON filius ejus, et filia ejus BERTA, et HUGO DE POMPONIA. Terram etiam de *Blanzi* quam monachi diu tenuerant, Bto Martino imperpetuum concesserunt.

Hujus rei igitur testes sunt : GAUFRIDUS *abbas Latiniacensis*, duoque ejus monachi Robertus et Ingenulfus, et tres laici, Albertus filius Hebrardi, Ernulfus de Fontaneto (368), Andreas pedagerius,

Ex parte domni MATHEI prioris, qui presens aderat, affuerunt monachi : GAUFREDUS camerarius, HUGO DE KABILONE, Constancius quoque et Natalis. Laici vero : Radulfus filius Helisendis, WALTERIUS major, Johannes vicarius, Alelmus, Otrannus, Heroardus, Drogo, Hugo. Ex parte Petri : filius ejus SIMON, HUGO DE POMPONIA, Drogo de Oseriis (398), ALBERICUS DE MONFORMIO (382), Roricus de Fraxino (398), Arnulfus de Cissi (*b*), Petrus et Bardinus (*c*).

(*a*) Mot suppléé d'après *B*, le parchemin étant rongé à cet endroit. — (*b*) Chissi *B*. — (*c*) L'acte original n'est point daté. Les limites proposées sont tirées de l'élection de Bouchard, évêque de Meaux, postérieure au 13 janvier 1120 (note 399) et, d'autre part, de la date funèbre de Geofroi abbé de Lagny (note 389). — Nous avons transcrit partout « Orphaninus », de préférence à « Orphamnus », pensant que le scribe a voulu rendre la forme romane *Orfenin*.

A. Orig. endommagé, L 875. Sceau perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 84, collationnée sur *A*. — *C*. Copie du XIIe siècle, ibid., fol. 59, n° 128 incomplète. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 93. — *E*. Copie du XVe s., LL 1362, fol. 91. — *E*. Copie du XVIe s., LL 1353, fol. 110'

177. — *Hugues Fresnel, du consentement de Pierre II de Maule, son seigneur, concède aux moines de St-Martin une voie de quatre pieds pour relier leur maison de Maule à la grand'route.*

(Vers 1124)

† *Cirographum.* Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego HUGO FRAHINNELLUS (401) do et concedo Deo et monachis *Sti Martini de Campis*, consensu domni PETRI DE MAULIA, viam unam in terra mea que collaterat et conterminat terre illorum apud *Manliam*. Erit autem via illa latitudinis IIIIor pedum ; ita quod homines et jumenta, onera portantia, absque impedimento de strada publica usque mansionem illorum in prefata villa pertranseant. Annuatim vero, pro via illa, II solidos pro censu, in festo Sti Dyonisii mihi persolvent. De cetero quidem viariam prenominate vie et justiciam do illis et concedo, liberam omnino et quietam ab omnibus exactionibus et consuetudinibus. In hac autem donatione participem me fecerunt, et omnes antecessores meos et parentes meos, omnium beneficorum, vigiliarum, elemosinarum, omniumque bonorum que fiunt in ecclesia Beati Martini. Hujus rei testes

---

401. Le surnom de *Fresnel* appartient à une famille de chevaliers de Maule vassaux et probablement alliés des barons de ce château. « Hugo, filius Gualonis, cognomento Fresnellus, antequam monachus fieret, dedit tres hospites Sancte Marie. » On lit cette phrase dans un chirographe intégralement transcrit par Orderic Vital (édit. Le Prévost, II, 443) et qui émane de Pierre Ier le Riche, sire de Maule (1076-1101). Le chroniqueur d'Ouche cite d'autres Fresnel, dont un Hugues II qui doit être le nôtre. Celui-ci donna lecture d'un contrat devant une assemblée réunie au pied de la tour de Bréval, à une date de peu antérieure à la mort d'Ascelin d'Ivry (ibid., 471). L'éditeur d'Orderic critique le choix de ce synchronisme, « insuffisant, dit-il, pour nous qui ne savons rien du temps où Ascelin mourut, sinon que ce fut avant 1119, puisque alors son fils l'avait remplacé ». Le Prévost a perdu de vue qu'Ascelin vivait encore en 1116 (entre le 2 avril et le 14 août), date où Louis VI, à sa prière, accorda un privilège au monastère où s'était retirée la mère de ce châtelain, Aubour (la B. Hildeburge) veuve de Robert Ier d'Ivry (*Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 56, n° LVIII ; Appendices, pp. 473-474).

sunt RADULFUS DE SANCTA COLUMBA, *prior Manlie* (402), ROGERUS presbiter, HODO REGHINEZ, RICHERUS HERAUT, TEBOLDUS BUGLE, MATHEUS BAILART, JOSLENUS BAILART, MAINARDUS MULOT.

A. Orig. S 1343, n° 4.

178. — *Hugues d'Amiens* (depuis archevêque de Rouen), *dédie ses* Dialogues *à Mathieu, prieur de St-Martin-des-Champs* (depuis cardinal).

(1117-1125)

Incipit epistola Hugonis, Radingensis abbatis (*a*).

... Nos enim et una generis consanguinitas, et ejusdem professionis in Christo junxit societas (*b*) quos *Laudunense solum* educavit et docuit, quos veste Christi *Cluniacus* induit. Sed te (*c*) patria tenuit, me obedientia exulem in *Anglia* fecit. Te *Parisius* apud *Sanctum Martinum* lætatur habere priorem, me *Radingia* indignum servat abbatem, MATTHÆE frater.

(*a*) Hugonis, archiepiscopi Rothomagensis, ad Matthæum, Albanensem episcopum *B*. — (*b*) quos Francia genuit *add. B*. — (*c*) Sed te postmodum Sedes Apostolica Albanum eligit habere pontificem, me missum in Normannia præcepit esse Rothomagensem sacerdotem, Matthæe charissime Pater et Domine *B*.

A. Copie d'Etienne Baluze, du XVII[e] siècle, Cinq-Cents de Colbert, vol, 122 (Bibliothèque nationale).

B. Codex ms. Petri Gribovaldi, ecclesiæ S. Petri apud Rothomagum rectoris, sæc. XIV[mo] exaratum (D'après un texte remanié par l'auteur après sa promotion à l'épiscopat et celle de Mathieu au cardinalat).

Edit. Migne, *Patrologia latina*, t. 192, col. 1141-1142.

Ind. *Histoire littéraire de la France*, XIII, 51. — Hœfer, *Nouv. biogr. générale*, XXXIV, 311 (art. de B. Hauréau).

---

402. Raoul de Sainte-Colombe, prieur de Maule, est contemporain de Pierre II, qui vivait en 1124. (Append. au *Cartulaire de St-Martin de Pontoise*, p. 272).

179. — *Fondation d'un tricenaire* (série de trente messes) *par le prieur Mathieu, pour ses devanciers Ours et Thibaud I, avec l'approbation de Ponce, abbé de Cluny.*

(1117-1125)

Sciant habitatores hujus ecclesie presentes et superventuri quod domnus MATHEUS, hujus ecclesie *prior*, constituit, in communi sedens capitulo, annuente domno *abbate* PONTIO *Cluniacensi*, ut per succedentia tempora omnibus annis celebretur tricenarius missarum pro duobus antecessoribus suis loci prioribus, domno videlicet TEOBALDO et domno URSO. Et ut hoc preceptum nulla oblivione deleatur, precepit predictus domnus MATHEUS ut in crastino anniversarii domni TEOBALDI idem semper incipiatur.

A. Original perdu. — *B*. Copie du XVIIe s., ms. lat. 17742, fol. 333 v°.

180. — *Le prieur Mathieu établit, sur les revenus de Sevran, une pitance de 60 sols pour solenniser l'anniversaire de Milon de Montlhéry, fondé par Amauri de Montfort et par la sœur de Hugues de Crécy, mariée à Manassé de Tournan.*

(1117-1125)

Sciant omnes habitatores hujus loci presentes et futuri quod AMALRICUS DE MONTEFORTI dedit *Sto Martino de Campis*, et domno HUGONE DE CRECEIO villam que *Cuperia* (403) nuncupatur, ad faciendum anniversarium MILONIS DE MONTELETERICO et soror domni HUGONIS DE CRECEIO similiter dedit LX sol. apud *Creceium*, conce-

403. Il s'agit certainement de la Couperie, hameau de Beynes (cant. de Montfort-l'Amaury, arr. de Rambouillet, Seine-et-Oise); la seigneurie de cette paroisse appartenait dès le XIe siècle à la maison de Montfort (A. DE DION, *Notice sur Beynes*).

dente viro Manasse de Tornoio (404). Postea domnus Matheus, hujus loci *prior*, peticione domni Hugonis *infirmarii*, et assensu totius capituli, concessit ut hospitarius Sancti Martini habeat super dictam *Cuperiam* et memoratos LX sol., eo videlicet tenore ut infirmarius Sancti Martini, quicumque sit ille, de obedientia *Escevrentis* (97) faciat refectionem senioribus in die anniversarii supradicti Milonis.

A. Original perdu. — *B*. Copie du XVII[e] s., ms. lat. 17842, fol. 334.

181. — *Etienne de Senlis, évêque de Paris, assiste au jugement rendu dans la cour d'Etienne de Garlande, au château de Gournay, par Raoul de Torcy, adjugeant à St-Martin la terre de Chenou, revendiquée par Foulques de Presles, mari d'une nièce du donateur Aubert de Brie, plus d'un an et d'un jour s'étant écoulés entre les épousailles et l'introduction de l'instance.*

(Gournay-sur-Marne, 25 janvier 1124 — avril 1126)

Convenit prelatis ecclesie supra greges suos sollerter invigilando, luporum rabiem arcere, et ne pabula desint omnibus collata ecclesiis, fidelium beneficia, suis et munimentis et interdictionibus quasi quodam vallo firmare. Ego igitur Stephanus, Dei gratia *Parisiorum episcopus*, sancte posteritati scribere, scriptumque sigilli nostri auctoritate munire curavi, quod terram de *Chenuel* (152) quam ecclesia *Sancte Marie de Gornaio* ex dono Alberti de Bri per septem annos quiete possederat, Fulco de Praheliis (335), pro eo quod ejusdem Alberti neptem habebat, extra nuptiarum annum et diem (405) calumpniatus est. Dieque, assensu partium, denomi-

404. Tournan, ar. Melun (Seine-et-Marne). « Manasses de Turnomio » est cité dans une charte de 1138 (A. N. K 23, n° 3 *bis*). Sa veuve Béatrice, sœur de Hugues de Crécy, se remaria à Dreux de Pierrefonds.

405. Ce délai coutumier d'un an et un jour imparti aux maris pour revendiquer des propriétés qui auraient dû revenir à leurs conjointes, doit être relevé avec d'autant plus d'attention, qu'il fournit, dans des cas semblables, une présomption quant à la date du mariage des réclamants.

nata, in curia STEPHANI dapiferi (400) qui tunc *Gornaium* tenebat, ad cujus dominium terra illa pertinebat, causa diligentissime ventilata et terminata, me presente et annuente, multis quoque clericis et laicis, terra eadem prefato monasterio justo judicio adjudicata est habenda. Judicium autem fecit RODULFUS DE TORCHEIO (139), quod confirmatum fuit ibi sanum esse et stare debere. Hanc, inquam, terram ego, de cujus feodo predictum castrum, et que ad illud pertinent, descendebat, sicut eidem monasterio predecessor meus GIRBERTUS concesserat, liberam concessi. Causam itaque istam sic processisse et sic terminatam fuisse testantur qui viderunt et audierunt : BERNERIUS decanus, TEOBALDUS DE VILEIR archidiaconus, ROBERTUS subcentor, domnus MATHEUS (406) prior cum monachis istis : INGENULFO et GAMO ; supradictus RODOLFUS, SYMON DE BRAI, Henricus Magnus, HUGO filius GARNERII (134), Teodericus filius Roberti, Radulfus de Martreil, Robertus de Combel, JOHANNES DE CAMPIS, SAVERICUS miles, Warinus de Capreis (398), HENRICUS major, Henricus famulus monachorum, et multi alii.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1223, *Cartulaire A de Gournay*, LL 1397, fol. 17.

182. — *Le pape Honoré II, à la prière du cardinal Mathieu, évêque d'Albano, place sous la tutelle et la protection du Saint-Siège le prieuré de Gournay, et confirme au prieur Serlon les bénéfices et les propriétés qui constituent la dotation de cet établissement.*

(Rome, Latran, 9 mars 1127)

HONORIUS episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio SERLONI

---

406. Les limites de date de cet acte sont, d'une part, le jour de la mort de l'évêque Gilbert II (Girbert), prédécesseur d'Etienne ; de l'autre, la date de promotion du prieur Mathieu à l'épiscopat. L'évêché d'Albano était encore occupé par Vital Ier, son devancier, le 28 mars 1126 (Jaffé-Wattenbach, t. I, pp. 780, 828) ; celui-ci n'est donc pas mort en 1125, comme le veut Gams, et Mathieu n'a pu le remplacer qu'en avril 1126 au plus tôt.

priori *ecclesie sancte* Dei genitricis *Marie et Sancti Johannis* Evangeliste supra *Maternam* fluvium, justa *Gornaium castrum* site, que juris *Beati Martini de Campis* est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum. Habitantes in domo Domini, in sinceritate charitatis unanimes, conservant veritatem spiritus in vinculo pacis. Pure namque mentis religio, et indissolubili divini amoris glutino confirmata, vultum clementissimi Creatoris, ut terrena cœlestibus conjungantur et ima supernis socientur, mundis orationibus incessanter profusis inclinat. Sicut enim humani compagem corporis spiritus interior regit atque vivificat, ita religiose mentis vegetacio et salus extitit moderatrix inspirationis divine benignitas. Quapropter, dilecte in Deo fili Serlo prior, interventu venerabilis fratris nostri Mathei *Albanensis episcopi*, tuis rationabilibus postulationibus inclinati, ecclesiam beate Dei genitricis Marie sanctique Johannis Evangeliste, que juris *Beati Martini de Campis* est, cujus administrationem ex obedientia tibi injuncta obtines, in beati Petri tutelam et Apostolice Sedis protectionem suscipimus. Bona igitur et possessiones que eadem ecclesia impresenciarum juste et legitime possidet sive in futurum, largiente Deo, poterit adipisci, firma *cenobio Beati Martini de Campis* et illibata permaneant. In quibus hec propriis nominibus duximus annotanda : Predictam videlicet ecclesiam gloriose Dei genitricis Marie et sancti Johannis Evangeliste cum suis clausuris et circumadjacente ambitu, et cum omnibus ad ipsam pertinentibus, que ab ipsis fundatoribus Guidone Rubeo (74) et ejus uxore Adhelaida (70 *a*) atque Ansello dapifero (353), assensu *Parisiensis* episcopi, predicto *monasterio Beati Martini de Campis* oblata est. Terram de *Luabum* (380). Molendinum apud *Gornaium* (278). Totam villam *Rusiacum* (141) et adherentem terram, terminis circumquaque fixis designatam. Silvam ejusdem ville ad vestrum et hospitum vestrorum usum concessam. *Nuisiellum* (137) cum hospitibus, terris, pratis, vineis, molendinis, silva, cum aliis que ibidem habetis. Ecclesiam de *Berceriis* (140) cum pertinenciis suis. Ecclesiam de *Puntel* (140) cum p. s. Ecclesiam de *Essonia* (381) cum p. s. Quidquid etiam habetis apud *Bercorellas*, apud *Torciacum* (139).

Vineas apud *Nusiacum* (407). Apud *Canoilum* (152) quidquid Albertus de Bri vobis dedit, ecclesiam scilicet cum p. s., prata, terram et silvam. In vodo (381) quod est inter *Gornaium* et *Calam* (280), quindecim arpenta pratorum, terram et silvam de *Campo mussoso* (383), terram quoque que dicitur Raimundi.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat eandem ecclesiam, que juris Beati Martini est, tentare perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura. Salva diocesani episcopi justicia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sanctissimo corpore ac sanguine Dei et domini redemptoris nostri Ihesu Xristi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem ecclesie justa servantibus, sit pax domini nostri Ihesu Xristi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

Ego Honorius catholice ecclesie episcopus (*a*).

Datum *Laterani* per manum Aimerici, sancte Romane ecclesie diaconi cardinalis, et cancellarii, vii idus Marcii, indictione v[a], Incarnationis Dominice anno M°C°XXVII°, pontificatus autem domni Honorii secundi pape anno tercio.

(*a*) Les deux derniers « Amen » et la souscription du Pape, omises par le copiste de *B*, ont été complétées en marge après collationnement.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1223, LL 1397, fol. 1-2 : « Visa et collata fuit presens bulla ad suum autographum, cui sub filis rubeis sericeis adpendet sigillum plumbeum cum his verbis : HONORIUS PAPA SECUNDUS. » — *C*. Copie du xvii[e] siècle, LL 1398, fol. 4-5, incomplète.

---

407. Ces vignes à Noisy(-le-Grand, sans doute) ne sont pas mentionnées dans le diplôme de Louis VI en 1122 (n° **162**); c'était une adjonction toute récente au patrimoine du monastère.

183. — *Renaud II, comte de Clermont, concède aux moines de St-Martin l'église de Viarmes et la dîme que Nivelon de Pierrefonds et son fils Dreux, ses vassaux, leur ont donnée ; il exempte du péage de Luzarches tout ce qui appartient aux moines, et leur fait don de moitié de la dîme de Lassy.*

(1127)

Notum sit omnibus p. et f. quod ego Rainaldus de Claromonte (408) pro salute anime mee et antecessorum et posterorum meorum concedo monachis *Sti Martini de Campis* ecclesiam de *Vuirma* (409) et decimam quam Nevelo de Petrefonte et Drogo filius ejus, de me tenentes, predictis monachis donaverunt. Ego quoque, de mea parte, do et concedo pedagium quod dicitur transversum de *Lusarchis* (409), de omnibus que pertinent ad domum Sti Martini, et medietatem decime de *Laci* (409). Quod ut ratum sit et firmum maneat, carta sigillata et testibus subnotatis, qui presentes fuerunt, confirmo et corroboro. Testes autem sunt : Petrus de Pratis et Josbertus frater ejus, Odo de Angivillari (393), Odo de Chauferi (409), Theobaldus de Maignil (335), Galterius de Auneio (410), Balduinus de Castellis, Paganus Marescallus, Rodulfus de Ossiri (398).

(*a*) Ici s'arrêtait le copiste de *B*.

A. Orig. perdu. — *B*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 109, collationnée sur *A*, dont le sceau avait disparu, et complétée de la partie finale. — *C*. Copie du XVI[e] siècle, LL 1353, fol. 137'.

---

408. Renaud II, comte de Clermont, est mort en 1157, d'après H. de l'Epinois (*Recherches sur les comtes et le comté de Clermont*). La donation de l'église de Viarmes fut confirmée spécialement par Pierre, évêque de Beauvais, en 1127. Renaud était veuf d'Adèle de Vermandois, qui ne figure pas dans la charte que nous reproduisons. Cf. note 379.

409. Luzarches, ar. Pontoise. — Chauvry, ca. Montmorency ; Lassy, Viarmes, ca. Luzarches.

410. Gautier II d'Aulnay, fils de Pierre et petit-fils de Gautier I[er], fils de Martin. Cf. note 143.

184. — *Pierre, évêque de Beauvais, fondant de saintes espérances sur la communauté de St-Léonor de Beaumont-sur-Oise, lui concède une moitié de l'église et de la dîme de Fresnoy-en-Thelle, restituée par Pierre de Vaux; l'église et l'aître de Courcelles, rendus à l'Église par Garnier Chausson, Raoul d'Asnières et Eudeline; enfin l'église St-Pierre de Beaumont, à la prière du vicomte Garnier et de la recluse qui y est logée.*

(Beauvais, 20 décembre 1127 — 1er janvier *ou* 22 avril 1128).

Attenditur in monasteriis vigere servitium Dei, quia veri monachi temporalium amorem atque sollicitudinem omnino abiciunt et ideo solis divinis obsequiis mancipati, Deo liberius et devotius famulantur. Incumbit igitur ecclesiarum rectoribus ut pro Dei amore, eorum provideant tranquillitati et paci, quos sub regimine vident regulariter vivere et in Xristo per omnia suis episcopis obedire.

Unde ego PETRUS, Dei gratia, *Belvacensis episcopus*, bonam spem habens in Domino de monachis qui in ecclesia *Bti Leonorii de Belmonte* serviunt Deo, ipsis et eorum successoribus, pro amore Dei, in perpetuum possidendam concedo medietatem ecclesie et medietatem decime de *Fresneio* (411), quam laica manus invaserat, assensu tamen illius, videlicet PETRI DE VALLIBUS (411), qui eam quoquomodo tenuerat, illius quoque de cujus feodo esse videbatur, scilicet domni MATHEI *comitis Belmontensis* (412). Insuper et ecclesiam et atrium de *Cyrcellis* (411) similiter, consensu laicorum qui injusta invasione diu ea tenuerant, videlicet GARNERII

---

411. Fresnoy-en-Thelle, ca. Neuilly-en-Thelle, ar. Senlis. — Vaux, éc. Champagne, ca. l'Isle-Adam, ar. Pontoise. — Courcelles, éc. Presles, ca. l'Isle-Adam. — Asnières-sur-Oise, ca. Luzarches, ar. Pontoise.

412. Sur Mathieu Ier, comte de Beaumont, voir nos **137** et **138**. — Le vicomte Garnier est cité dans le n° **138**, en 1110 (avec son frère Gautier) et dans le n° **167**, en 1123. — Pierre de Vaux et Garnier Chausson sont en 1110 au nombre des chevaliers du comte de Beaumont. Raoul d'Asnières-sur-Oise pourrait être le « Radulfus filius Oelardi » qui leur est associé au n° **138**.

Calcionis et Radulfi de Asneriis (411) et Odeline, salva tamen omnino justicia et reverentia et omnibus reditibus quos predicte ecclesie mihi debent, et archidiacono meo, ceterisque ministris meis, hanc concessionem facio; ita etiam ut quociens *Belvacensis* ecclesia pretaxatis ecclesiis, qui hac concessione continentur, silentium indixerit, obedienter divinis obsequiis cessent, quantum et quomodo eis fuerit imperatum, sicut facient cetere baptismales ecclesie hujus episcopatus, que ad monachos nullatenus pertinere noscuntur. Ut autem hec concessio firma permaneat, eam scripti hujus assertione, sigilli quoque mei auctoritate, assignatam confirmo.

Concedo similiter ecclesiam *Sti Petri* apud *Bellomontem* sitam, cum atrio et omnibus ad eam pertinentibus, consensu atque rogatu Warnerii *vicecomitis* (412) atque incluse ibidem commorantis.

† Signum Petri episcopi. S. Theobaldi archidiaconi. S. Rotgeri, decani. S. Henrici, archidiaconi.

Actum *Belvaci*, anno Incarnationis Domini M°C°XX°VII°, indictione v^a, secundi Honorii pape ordinationis anno iii°, Ludovico *Francorum rege*, anno regni sui xx°, episcopatus donni Petri, *Belvacensis episcopi*, anno xi° (413).

A. Orig. S 1410, n° 48. — *B*. Copie de 1209, non collat., LL 1351, fol. 69. — *C*. Copie du xve siècle, LL 1352, fol. 66'. — *D*. Copie du xvie s., LL 1353, fol. 74'.
Edit. Douët d'Arcq, *Recherches historiques sur les comtes de Beaumont-sur-Oise*, p. 4.

185. — *Pierre, évêque de Beauvais, concède à St-Martin l'église de Viarmes, précédemment tombée en des mains séculières.*

(Beauvais, 20 décembre 1127 — 1er janvier *ou* 22 avril 1128)

Attenditur in monasteriis (*préambule du n°* **184**) — episcopis obedire.

Unde ego Petrus *episcopus*, Dei gratia, *Belvacensis* attendens eam, que in presenti videtur, religionem et piam conversationem

monachorum *Bti Martini de Campis*, ipsis et eorum successoribus pro amore Dei, in perpetuum possidendam concedo ecclesiam de *Wirma* (409), quam diu laica manus invaserat et injuste possederat, assensu tamen illius qui eam quoquo modo tenuerat; insuper et decimam hortorum qui « inter sepes » dicuntur cum minuta ejusdem loci decima, necnon et terciam partem decime de *Liencurte* (93); salva tamen omnino justicia (*formule du n°* **184**) — — assignatam confirmo (*a*).

S. Petri episcopi. S. Rogeri decani.

S. Theobaldi archidiaconi. S. Henrici archidiaconi.

Actum *Belvaci*, anno Incarnati Dei M° C° XX° VII°, indictione v^a^, anno Romani pontificis, videlicet domini Honorii secundi, pontificatus III°, regnante Ludovico *rege Francorum* anno xx° (413).

(*a*) Ici s'arrête *C*, qui ajoute seulement la date.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber testamentorum*, fol. 82'. — *C*. Copie du XII° s., *Liber Testamentorum*, fol. 57, n° 123 (incomplète). — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 73, complétée en marge et collationnée. — *E*. Copie du XVe siècle, LL 1352, fol. 70'. — *F*. Copie du XVI° s., LL 1353, fol. 74'.

Edit. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 502.

186. — *Guérin, évêque d'Amiens, à la prière du clerc Gui, qui possédait l'église St-Martin de Wahagnies, avec les autels de Bonnay et de Courcelles, et sur les instances de l'archidiacre Raoul et de Goslin, évêque de Soissons, réunit ces bénéfices au monastère de St-Martin-des-Champs, Eudes Ier étant prieur.*

(16 octobre 1127 — 1er janvier *ou* 22 avril 1128)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Ego Guarinus, Dei gratia, *Ambianensis ecclesie minister* humil-

413. L'an 20 de Louis VI commence le 4 août 1127, et l'an 3 d'Honoré II, qui fut élu le 21 décembre 1125, commence le 21 décembre 1127. Les limites attribuables à la date des actes **184** et **18** sont donc « 20 décembre 1127 — 1er janvier *ou* 22 avril 1128 ».

limus, sancte Dei Ecclesie filiis p. et f. eternam in Domino salutem. Notum fieri volumus t. p. q. f. quod Guido clericus nos et Radulfum archidiaconum nostrum adierit, suisque adjunctis precibus reverentissimi *episcopi Suessionensis* Goislani et prioris monasterii *Sti Martini de Campis*, nos implorans misericorditer impetraverit quatinus ecclesiam in honore egregii confessoris et preciosi pontificis Xristi Martini in territorio *Wangneii* (*a*) sitam et altare de *Bonaio*, et altare de *Curcellis* (390), cum possessionibus quas nunc habent fratribus predicti monasterii Sti Martini de Campis concederemus, eisque perpetualiter possidenda, cum omnibus ad eadem altaria pertinentibus, mansuro privilegio confirmaremus ; ne inter successores nostros episcopos et monachos pred. monasterii imposterum dissensio oriretur.

Anno itaque ab Incarnatione Domini M. C. XXVII (414), indictione v, predicta altaria cum appendiciis suis et omni possessione quam prefatus Guido habebat predicto *priori Sti Martini de Campis* Odoni et fratribus, annuente *clero Ambianensi* concessimus, eisque super hoc perpetualiter mansurum ut integre habeant, quiete possideant, presens privilegium tradidimus. Sinodales tamen census, circatas, aliasque canonicas consuetudines nostras, ac ministrorum nostrorum, in manu nostra retinuimus, statuentes ut annis singulis nobis nostrisque ministris et successoribus, statutis temporibus, solvantur. Si quis vero, quod absit, levitate temeraria impulsus, hec violare presumpserit, anathema sit. Nomina vero personarum in quarum presentia predictorum traditionem confirmavimus, per manum Arnulfi notarii nostri cum signo nostro subscribi precepimus (*b*).

S. Guarini *Ambianensis episcopi*. S. Goislani *Suessionensis episcopi*. S. Radulfi archidiaconi. S. Symonis archidiaconi et prepositi. S. Rogeri decani. S. Acardi, Rogeri, Bothonis, sacerdotum. S. Radulfi, Dodomani, Ingelbrandi, diaconorum. S. Andree, Guidonis, Wermundi, subdiaconorum. S. Balduini,

---

414. Guérin fut élu le 16 octobre 1127 évêque d'Amiens.

Acardi, Hugonis, accolitorum. Radulfus cancellarius scripsit et subscripsit.

(*a*) *C* en marge, écr. du xvie s. : « Abbas de Corbeya. » — (*b*) Ici s'arrête *C*.

A. Orig. S. 1333 B, n° 10. Sceau perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testam.*, fol. 92'. — *C*. Copie du xiie s., Ibid. fol. 61 (incomplète), n° 130. — *D*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 85, collationnée et complétée en marge : « Hec ad ipsissimum autographum, cui filis sericeis adpendet sigillum sedentis pontificis, sub his verbis : SIGILLVM GVARINI DEI GRATIA AMBIANENSIS EPISCOPI. » — *E*. Copie du xve s., LL 1352, fol. 83, incomplète. — *F*. Copie du xvie s., LL 1353, fol. 99'.
Edit. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 163.

187. — *Thibaud IV, comte de Blois et de Chartres, donne pour le service des infirmes à St-Martin, un des serfs de Roinville, avec toute sa famille. L'acte est passé à Chartres en présence du prévôt de la ville, Etienne le Grenetier.*

(Chartres, 1127 — 1er janvier *ou* 22 avril 1128)

Notum sit omnibus hominibus t. p. q. f. quod Teobaldus, *Blesensis comes*, pro remedio anime sue et patris et matris, et antecessorum ejus, dedit et concessit infirmis *Sti Martini de Campis*, Hugbertum Rufum de *Roonvilla* (39) et uxorem ejus et infantes, ut illis deinceps in perpetuum deservirent.

Hujus rei sunt testes : Andreas de Baldimento (321), Amalricus de Mestenon (43), Guillelmus filius Ansoldi et Bretellus frater ejus; Ivo de Porta Morardi; Stephanus Granatarius, tunc temporis *Carnotensis prepositus*; Haimericus *major de Bevilla* (415).

Data est hec cartula anno M° C° XXVII, apud *Carnotum*, teste Petro filio Helisendis *Meldis*.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 80.

---

415. Béville-le-Comte, ca. Auneau, ar. Chartres. Aimeri était maire de cette terre, qui appartenait à Thibaud IV.

188. — *Louis VI étant à Janville avec le légat du pape, Mathieu d'Albano, ancien prieur de St-Martin-des-Champs, exonère de toutes charges, sauf le service militaire en temps de paix et de guerre, les possessions du Monastère à Pontoise.*

(Janville-en-Beauce, 10 mai — 3 août 1128)

In Xristi nomine. Ego LUDOVICUS Dei gratia *Francorum rex*. Notum fieri volo cunctis fidelibus, t. f. q. p., quod petitione et prece dilectissimi nostri MATHEI, *Albanensis episcopi* et Apostolice Sedis legati, et precibus uxoris nostre ADELAIDIS regine, assensu et PHILIPI filii nostri, in regem designati, omnem terram quam *ecclesia Bti Martini de Campis* apud *Pontisaram* possidet, ab omnibus consuetudinibus et exactionibus seu quibuslibet inquietacionibus, quas ibi habebamus, liberam prorsus et quietam in perpetuum esse concedimus; ita tamen quod equitatus nostros et expeditiones nostras tantummodo in hominibus in predicta terra morantibus retinemus, qui neque a preposito, neque ab alio ministrorum nostrorum submoveantur, nisi ex precepto nostro vel dapiferi nostri. Quod ne valeat oblivione deleri, scripto commendavimus, et ne possit a posteris infirmari, sigilli nostri auctoritate et nominis nostri caractere subterfirmavimus.

Actum *Hienville* (22) publice, anno Incarnati Verbi M° C° XXVIII, regni nostri xx^mo^, astantibus in palatio nostro quorum nomina subtitulata sunt et signa.

Signum LODOVICI buticularii. S. HUGONIS constabularii. S. ALBERICI camerarii.

Data per manum SIMONIS cancellarii.

A. Original perdu. — *B*. Copie de 1129, *Liber Testamentorum*, fol. 88. — *C*. Copie de 1209, LL 1351, fol. 21, qui porte « anno VIII ». — *D*. Copie du xve s., LL 1352, fol. 22. — *E*. Copie du xvie s., LL 1353, fol. 20. — *F*. Copie du xviie s., Coll. Baluze, LV, 245.

Ind. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 419, p. 193, qui rectifie la date de 1127, donnée par Bréquigny, et celle de 1126-1131, donnée par Tardif à l'acte de Mathieu. L'acte étant souscrit par le chancelier Simon, se place après le 10 mai 1128.

189. — *Le cardinal Mathieu, évêque d'Albano et légat du Saint-Siège, étant à Janville, entouré de l'archevêque de Reims, des évêques de Soissons, Laon, Noyon, Chartres, Orléans, Paris et Meaux, des abbés Geofroi de Soissons et Suger de St-Denis, enregistre l'exonération de toutes coutumes accordée à la terre des moines de St-Martin-des-Champs à Pontoise, par Louis VI, sur la prière de la reine Adélaïde, du comte Raoul de Vermandois et du prince Philippe.*

(Janville, 10 mai — 3 août 1128)

Ego Matheus, *Albanensis* episcopus et Sedis Apostolice legatus. Notum facio tam p. q. f. quod in nostra, *Hienville* (22) et fratrum nostrorum Reginaudi, *Remensis archiepiscopi*; Gosleni, *Suessionensis*; Bartolomei, *Laudunensis*; Symonis, *Noviomensis*; Gaufridi, *Carnotensis*; Johannis, *Aurelianensis*; Stephani, *Parisiensis*; Buccardi, *Meldensis episcoporum*; Gaufridi, *Sti Medardi Suessionensis* et Suggerii, *Sti Dionisii* abbatum, presentia, karissimus filius noster Ludovicus rex, nostro et omnium predictorum rogatu, et etiam precibus Adelaidis regine, Radulfi *Vermandensis comitis*, necnon et Philippi filii regis, in regem designati, terram quam, apud *Pontisaram*, ecclesia *Sti Martini de Campis* habebat, ab omnibus consuetudinibus ad se pertinentibus liberam fecerit, excepta sola expeditione, per propriam vel dapiferi sui personam submonita.

A. Original Arch. Nat. K 22, n° 57. — *B.* Copie du xiie s., *Liber Testamentorum*, fol. 78'. — *C.* Copies de 1209, LL 1351, fol. 41', non collationnée, et fol. 98' collationnée à l'original dont le sceau, sur double queue de parchemin, avait déjà disparu. — *D.* Copie du xve s., LL 1352, fol. 20. — *E.-E'.* Copie du xvie s., LL 1353, fol. 42 et 121'.

Edit. a. Marrier, *Monasterii S. M. de C. historia*, p. 162. — *b.* Duchesne, *Hist. des Cardinaux français*, t. II, p. 80. — *c.* Migne, *Patrol. lat.*, t. 173, col. 1267, d'après *b*. — *d.* Tardif, *Mon. hist.*, n° 405.

Ind. Luchaire, *Annales de la vie de Louis VI*, n° 419, qui rectifie la date de 1127, donnée par Bréquigny, et celle de 1126/1131, donnée par Tardif.

190. — *Raoul, comte de Vermandois, et Aélis, sa femme, donnent pour le luminaire des offices, à l'église Saint-Médard de Cappy, dix sols de rente à prendre sur le produit du guidonnage* (droit d'escorte imposé aux marchands) *à Péronne.*

(Vers 1128)

Notum fieri volumus omnibus quoniam nos Radulfus, *Viromandorum comes*, et Aeladis uxor nostra, concessimus et donavimus *ecclesie Bti Medardi de Capi* (76), ad luminaria facienda, singulis annis, x solidos in conductu mercatorum quod vulgo dicitur *guionagium*, capiendos *Perone*, et in festo Sti Remigii persolvendos. Hoc autem in perpetuum teneri, scripto et sigillo firmavimus, etc. (*sic*).

A. Original perdu. — *B.* Copie de 1209, LL 1351, fol. 119, incomplète. — *C.* Copie du xve s., LL 1352, fol. 131'. — *D.* Copie du xvie s., LL 1353, fol. 155; toutes deux d'après *B.*

TABLE DES DOCUMENTS

I. — Documents concernant l'église primitive de Saint-Martin

II. — Actes concernant des établissements religieux unis plus tard à Saint-Martin

III. — Chronique versifiée ou Livre des privilèges de St-Martin-des-Champs

IV. — Actes concernant la collégiale de Saint-Martin de Paris

V. — Actes concernant Saint-Martin-des-Champs prieuré de Cluny, sous le règne de Philippe Ier

VI. — Actes concernant Saint-Martin-des-Champs sous le règne de Louis VI le Gros

---

Imprimerie E. Aubin. — Ligugé (Vienne).

